



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

E do24.

Thomastus

Aut 1940
S. J. C.

4 Jun. is. 59

<36624180590013

<36624180590013

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

E. J. 24

CHRISTIANI THOMASI,

JCTI,

POTENTISS. REG. PRVSS. CONSIL. INTIMI,
ACAD. FRIDERICIANÆ DIRECTORIS ET FAC.
JVRID. ORDIN.

DELINÉATIO

HISTORIAE JURE
ROMANI

ET

GERMANICI,

RECENSIT. OPUSCULVM,

PRÆFATIONEM DE ACQVIRENDA NOTITIA JV-
RIS PRUDENTIÆ LITERARIA PRÆMISIT,

BREVEM HISTORIAE JURE
CANONICI, FEVDALIS

ET
PVBLICI DELINÉATIONEM

ADDIDIT,

ET INDICEM SUBIVNXIT,

RUDOLPH. CHRISTOPH. HORNIGH,
PHILOSOPHIE ET J. V. D. NEC NON INSTITUTIONVM IMPERIALIVM
IN ACADEMIA ERFURTensi PROFESSOR PVBLICVS
ORDINARIUS.

ERFORDIE,

SVMPTIBVS JOANNIS ANDRÆ LORBERI,
ACADEMIÆ SCHEDIASMATOPOLÆ, MDCCCL.

卷之三

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 100 workers.

Digitized by Google

19. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

1976-1977 学年第一学期期中考试高二数学试题

卷之三

—
—
—

19. The following table gives the number of deaths from smallpox in each State.

19. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

LOCKETT AND CO., THE BOOKSELLERS, LONDON.

Figure 1. A schematic diagram of the experimental setup for the measurement of the absorption coefficient.

**ILLVSTRI AC EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO,
DOMINO
IOANNI MICHAELI
ROTERMVNDT,**

JCTO.

**EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTO-
RIS MOGVNTINI CONSILIARIO REGIMINIS PRIMARIO,
CIVITATIS ERFORDIENSIS PRÆTORI, ILLVSTRISSIMI
S. R. I. COMITIS DE GLEICHEN ET HATZFELD CAN-
CELLARIE BLANCKENHAINENSIS DIRECTORI, NEC
NON IN ANTIQVISSIMA ERFORDIENSI ACADEMIA
DECRETALIVM PROFESSORI PVBLICO
ORDINARIO,**

**MÆCENATI SVO INDVLGENTIS-
SIMO.**

THE HISTORY OF THE AMERICAN REVOLUTION

卷之三

THE HISTORY OF THE CHURCH

卷之三

四

ACCORDING TO THE LAW OF SPRING OR HAD TO WAIT A
COLD DAY AND THEN HE COULD NOT GET OUT
EVEN IF HE WANTED TO. SO HE HAD TO STAY IN
AND CRYED. HE COULD NOT GET OUT UNTIL THE
SIGNALS FOR SPRING ARRIVED. HE COULD NOT

10. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

CHIANGMAI AND THE NORTH

ILLVSTRIS AC EXCEL- LENTISSIME DOMINE!



arior singulis temporibus illo-
rum virorum seges fuit, qui
non minorem ex felici civita-
tis administratione, quam ex
literarum studiis laudem retu-
lerunt, ex quo factum, ut literarum studiis a
nonnullis nota fuerit inusta, illa ita comparata
esset, ut homines ad rem publicam administran-
dam

dām inidoneos reddant. Quam incongruum
vero horum sit iudicium, illi optime perspiciunt,
quī hominū potius vitiō, qui ita se literis ab-
diderunt, ut nihil ex his neque ad communem
fructum neque in lucem publicam proferre ido-
nei iudicentur, hoc adscribunt. Ipsa quoque
experientia, optima rerum Magistra nobis exhi-
bet viros, non minorem ex felici civitatis admi-
nistratione, quam ex literarum studiis laudem
adeptos. Quorum si quis a me exemplum po-
tat, nullum illustrius mihi succurreret, præter
TE VIRVM ILLVSTREM AC EXCEL-
LENTISSIONVM, indubitatissimo docu-
mento docentem, reipublicæ administrandæ
artem, cum summa literarum doctrina optime
consistere posse, cum auspiciatissimo connubio
summam prudentiam civilem, cum exquisitis-
sima eruditione coniunxeris, atque in utraque
parte, illud, quod maximum est, consecutus fue-
ris. Quid mirum igitur, si virtus, doctrina, ani-
mi præstantia, ac rerum gestarum fama, omne
honorum genus **EXCELENTISSIMO**
NOMINI TVQ pepererunt, tantaque facta
sint

sint laudes TVAE, ut nullius indigeant praeconio. Quare utut, hæc perpendens, me potius referam, inter harum prærogativarum admiratores, quam præcones, demisse tamen fateor, admirationem illarum iam dudum effecisse, ut nihil magis in votis habuerim, quam ut, quo propius illas intueri queam, accessus mihi pataret, hinc a me impetrare non potui, quin conciliatorem mihi assumerem libellum hunc, quo duce maiore fiducia, ad TE mihi facilem reddere possum accessum, submissamque animi devotionem coram demonstrandi, occasionem nanciscar. Ut igitur illum serena fronte accipias, nec ægre feras, quod ILLVSTRE AC EXCELLENTISSIMVM NOMEN TVVM illi præposuerim, a summa, quæ cum ILLVSTRI DIGNITATE TVA juncta est huminitate, submissis precibus expeto, simulque spero, fore ut illo parario in clientum TVORVM numerum, me benevolè recipere haut dedigne-
ris. Huius voti si compos factus ero, vota pro TVA quæ cum communitotius recipublicæ nostræ salute æctissimo vinculo colixeret, salute,

num

nuncupare numquam desistam, ut Divinum Nu-
men TE VIRVM ILLVSTREM AC EX-
CELLENTISSIONVM, publico bono na-
tum, ad Nestoros annos reipublicæ nostræ con-
servare, omniaque TVA consilia ad communem
salutem semper spectantia, felicissimo eventu
coronare, omnique felicitatis genere TE TY-
AMQVE SPLENDIDAM GENTEM
beare clementissime velit. Ita voyet

ILLVSTRIS AC EXCELLEN-
TISSIMI NOMINIS TVI

Dabam Erfordie Cal. Sept.
MDCCXLIX.

cultor devotissimus

D. Rudolph. Christoph. Henne.



L. B. S. P. D.

D. RUDOLPH. CHRISTOPH. HENNE.

§. I.

Cum novam, pulcherrimi Thomasiani opusculi, quod Historia Juris inscribitur, editionem curandi, provicia mihi fuerit demandata, a me impetrare non potui, quin hac occasione utens, succinctam commentationem de acquirenda Historia literaria Jurisprudentiae in gratiam illorum, qui ad Juris artem excolendam, animum induxerunt, præfationis loco præmittam, hasque huic instituto leges ponam, ut præmissis prius potissimis culturam hujus studii suadentibus argumentis, subsidia ad acquirendam Historiæ literariae Jurisprudentiae notitiam, pertinentia, in medium proferam.

§. II.

Maximos ex hac Historiæ literariæ Jurisprudentiae cognitione capi posse fructus, nemo erit, qui in dubium vocare velit, experientia siquidem edocti sumus illius culturam singularis Jurisprudentiae partibus maximo suisce incremento, ex eo enim tempore, quo illa diligentius colli cepit, multæ te-
b
nctibz,

PRÆFATIO.

Inebræ, præjudicatæ opiniones, auctoritates aliaque ignorantes monstra æterno multata sunt exilio, contra vero si respiciamus tempora, quibus sepulta jacuit hæc præclara scientia, non possumus non, quin rideamus insulsam Glossatorum utriusque Juris interpretationem, legum in falsum sensum detorsionem, summaque imis miscentem confusionem, quæ omnia neutquam defectui ingenii, judicii vel diligentie illorum adscribenda sunt, sed potius quod cultura Historiæ omnis & in specie etiam literariæ vili floccique ab illis fuerit habita, ac tunc temporis seculi vitio plane non fuerit exculta. Ex quo autem seculo 16. primordia capiente, humaniores literatum Jurisprudentia sororio vinculo fuerunt copulatae, alia plane facies Jurisprudentiæ appareret, dum ex latericia aurea facta, ac ad pristinam dignitatem restituta fuit.

§. III.

Hisce in genere consideratis, ad specialia argumenta, utilitatem Historiæ literariæ indicantia progredimur, quodrum agmen dicit, notitia librorum, quam pandit & aperit illa, ex penu, quam suppeditat, largissima, simulque notas characteristicas suppeditat, ex quibus dijudicari potest, quinam libri sint bonæ vel malæ notæ, quinam viam compendiariam monstrant, & qui in avia & devia deducant, verum quidem est propriam meditationem, uti in acquirenda omnis generis eruditione, ita etiam in juris arte excolenda omne punctum ferre, sed quis est, qui non animadvertiscat, meditationes, juveni, amplificari, augeri & confirmari, si quid alii hac de re senserint, dixerint & statuerint, simul in mentem revocemus, ac genuinae judicij lance perpendamus, quomodo vero hoc fieri

PRÆFATIÖ.

ri poterit, si quidnam de hoc vel illo argumento juris, literarum monumentis consignatum sit, sciamus cum ignarissimis? Eodem modo etiam res se habet, cum viva Doctorum institutione, utpote quæ maximo etiam vergit tyronibus emolumento, ipsisque viam p̄andit & rationem libros in succum, ut ajunt, & sanguinem convertendi, adeoque neutiquam seponenda, sed potius cum lectione librorum simul tractanda venit, utpote per quam eo magis confirmatur & amplificatur illud quod viva institutione traditum fuit, simulque præjudicio auctoritatis, quod sœpe hanc institutionem comitatur, obex ponitur. Præterea trito circumfertur adagio; oculi plus vident quam oculus, adeo, ut nemo Doctorum tantæ perspicaciæ umquam tuerit, ut ea omnia, quæcunque alii de hoc vel illo juris argumento commentati sunt, docendo exhaustire, vel propria meditatione comprehendere potuerit, eo enim unius hominis intellectus valde limitatus numquam penetrare potest, quorsum plurium per diversa secula viventium perspicacia pervenit. Sæpius quoque novam veritatem ex tenebris detexisse videmur, alia edocti librorum evolutione.

§. IV.

Secundum argumentum, quo utimur ad stabiliendam utilitatem Historiæ Jurisprudentiæ literariæ in eo consistit, quod eadem modum & rationem ostendat, rectam ac compendiariam viam ad abdita juris artis perveniendi, dum docet, quænam propædeuticatum loco habeantur, & antequam quis immenso juris pelago se committere cum fructu posse, præmitenda sint, Oleum enī & operata in Jurisprudentiæ studio

PRAEFATIO.

dia. is perdit, qui Historiae Juris & antiquitatum Romanarum imperitus, ad recondita hujus juris mysteria præpostera festinatione avolat, non magis siquidem ad domum, que ætatem ferat, extruendam fundamentis opus est, quam his subsidiis ad solidam Juris Romani eruditionem comparandam. Quo ordine singulæ quoque Jurisprudentiaz partes ab illarum cultore pertractari debeant, ipsum commonefacit, docetque quid primo, secundo vel ulteriori loco stare debeat. Congnatione quidem & naturali vinculo inter se junctæ & copulatae sunt Jurisprudentiaz partes ad unam omnes, quod tamen non impedit, quo minus altera alteram præsupponat, & hinc altera alteri præmittenda sit, ita e. g. nemo felices in Juris Canonici doctrina progressus faciet, nisi antea Juris Civilis Principiis fuerit tinctus, nemo etiam Juris publici penetratio perscrutari poterit, nisi qui Juris Feudalis & Historiae Germaniaz notitiam hauserit, quibus non observatis magna eruditionis jactura & mira rerum confusio sequitur. Huc quoque pertinet, quod Historiam Jurisprudentiaz literariam edendi, sciamus, quænam maxime necessaria, quænam minus necessaria, & quænam utilia in singulis Juris partibus habenda sint, nec minus quæ superfluirum & minus utilium loco haberi debeant, quilibet enim homo officii religione tenetur, ut ea prius studeat affequi, sive quibus nec ille nec proximus vitam trahere potest, postpositis tantisper iis, quæ commodo, ornamento & jucunditati inserviunt. Sed sepius hic a multis in alia otanis itur, multi, per omnem vitam insudane variantibus hujus vel illius legis lectionibus, collegii Eleitoralis originem multis argumentibus iudicant, methodum ma-

PREFATIO.

schematicam ubique applicandam esse crepant, tempusque, quod magis necessariis utilioribusque rebus foret instrumentum, iusta longius his rebus impendunt, parvam vel nullam utilitatem promittentibus.

§. V.

Tertium, quod in medium producimus argumentum constituant cautele, quae nobis suppeditantur ab Historia Juris prudentiae literaria, mediantribus quibus nobis innotescit, quaznam sequenda vel fugienda sint, in immenso juris pelago navigantibus, ut omnia prudentiae & sapientiae regulis ac commodentur, quantum vero hujus rei intersit, quilibet, qui ex meliori luto præcordia Titan fixit, perspiciet, sic, e. g., omnes novas veritates, firmissimo licet fundamento nixas, gravissima peregrisse odia, & adversarios suis inventoribus conciliasse gravissimos, Historiam intuentes literariam edocemur, Cujacius enim masculam illam juris Scientiam ab Alcato revocatam & postliminio restitutam, ulterius amplificaturus, ob doctrinæ præstantiam, maximos naçus est adversarios in Francisco Duareno, Francisco Hottonanno, Joanne Roberto & Marlio Gordonio, Pufendorfius libros de Jure naturali & Gentium in lucem publicam edens eadem fata, in Eride Scandica plena manu deprehendenda, expertus est, Thomasi multis in veteratis opinionibus a se feliciter detectis, & illorum falsitate ad oculum demonstrata, punctum mittens, adversarios sibi undique confavit maximos, ex quo prono fluit alveo, nequitam veritatem alicuius rei dependere ab hominum communis approbatione, vel contradictione falsitatem colligendam. Nec minus hunc in censem referendum est,

PRÆFATIÖ.

quod Historiam hanc perlustrantes vitia & péricula quibus varii JCti expositi fuerunt, animadvertisendo, vestigia nos terreant, ut occasiones evitemus, ex quibus illi vitia hæc & péricula contraxerunt, e contra si media quibus hic vel ille JCtorum ad acquirendam solidam doctrinam usus est, contempleremur, his exemplis docemur, ut illius vestigia legamus, ac alienas experientias nobis proprias faciamus. Experientia siquidem toties quoties docuit, homines maxime intellectu & judicio pollentes sèpissime sibimet ipsis non sufficere, atque actiones ab illis susceptras sine non potiri, factus vero se expediunt, si alienam experientiam in subsidium vocantes, prudentes casuum similiam exspectatores agant, ac inde rationes subducant, quid dictu factuque opus sit.

§. VI.

Quartum argumentum constituant vitæ JCtorum, quas nobis Historia literaria recenseret, ex quibus simul innotescit, quænam incrementa & decrementa singulæ juris disciplinæ habuerint, quantumque Jurisprudentia per illos vel emolumenti vel detrimenti ceperit, hæc intuentes monemur, nullius in Magistri verba jurandum esse, sed amicum esse debere Carpovium, amicum Brunnemannum & Stryckium, magis amicam tamen veritatem, procul esse juslo præjudicio antiquitatis & auctoritatis, dum enim vitas JCtorum contemplamur, originem & occasionem, hujus vel illius sententia auctoritatem nactæ detegimus, hac detecta & illius insufficiencia demonstrata facile perit amor cœcus alias ex auctoritate ortus. Præterea perlustrantes vitas JCtorum & animadvertisentes, quanti viri ope solidæ Jurisprudentiæ evaserint,

ad

PRÆFATIO.

ad æmulationem incitamur, torporque qui nonnullorum Juris cultorum animos occupat, excutitur, ut ad præclarum Jurisprudentiæ decus, majori quam vulgo fieri solet, nisu adspirent. Præterea etiam hoc modo idonei reddimur, ut variorum JCTorum a se invicem dissentientes opiniones contemplantes, judicij lance adhibita, quantum distent æra lupinis dijudicare valeamus, & eclecticum philosophandi, legesque interpretandi & applicandi studium, omnes sectas longo posse relinquere intervallo. Denique etiam inde discimus, non ea tantum e limpidisimo Jurisprudentiæ fonte esse haurienda, quæ inserviunt pani lucrando, vel spartæ consequendæ, sed tot jucunditatis inesse his disciplinis, ut suos cultores acrius] incendant, & ad ulteriora etiam, quam quæ vulgus eruditorum in deliciis habere solet, accendant, attentos teneant, & redcundi ad se cupidissimos dimittant.

§. VII.

Agmen argumentorum claudat, quod defessi laboribus, quibus occupari solent, Jurisprudentiam sectantes, animi recreationem ex Historia literaria capiant, dum animus quidem non plane fit otiosus, quod multis vicio cederet, sed modice occupatus manet, severiore tantum attentione exclusa, quo ipso animus vires colligit, & ad novos severioresque labores subcundos alacrior redditur, habet hoc peculiare Historia literaria, ut non tantam virium ingenii contentionem ad sui culturam requirat, quantam ipsa Jurisprudentia, tam judicialis quam interpretatoria, quam consultatoria requirunt, ita tamen est comparata, ut omnes facultates animæ per illam occupari & adhiberi queant, adeo, ut aliquis etiam non adeo

PRÆFATIO.

adeo excitati ingenii, non contemnendos tamen in ea progressus facere; & hac ratione ad disciplinas etiam ipsas excitari possit, quod multum ad jucunditatem & utilitatem hujus studii conducit.

§. VIII.

Vt vero Historia literaria Jurisprudentiz non est Jurisprudentia ipsa, sed vehiculum solummodo ejusdem, ita etiam non omnis opera in illa erit collocanda, ita, ut ad alterum prolabamur extremum, per omnem vitam, nihil reliqui facientes, nisi, ut illam excolamus. Ponamus hominem sexcentas linguas callentem ac omnium admirationem excitantem, disciplinarum vero & artium reliquarum expertem, hunc nemo in eruditorum censum referet, pari modo, in cortice haeret, nuclei parum consecutus, Historiam literariam solam excolens, nimium enim illius studium sufflaminat profectus in Jurisprudentia, aliisque realibus disciplinis, dum ejusmodi homines prompti quidem sunt, in recensendis iis, quae alii dixerunt, scripserunt, & meditati sunt, de propriis vero est altum silentium. Recte hinc rationes subduxit Summe Reverendus Christophorus Augustus Heumannus in Conspectu Reipublicae literariae, cap. I. §. 5. putans, illum qui se totum dat historiae literariae, nullum, ut ipse fundi literarii partem propria atet vitula, similem esse agricolac, qui neglecto suo agro tantummodo investigat nomina reliquarum agricolarum, &, quantam quisque messem fecerit, quantumque ceperit laboris sui fructum, curiose cognoscit, ipse vero tempore messis nihil ab agro suo accipit, atque adeo cum sui agri fructus ostendere jubetur, aliorum invadit horrea,

PRÆFATIÖ.

rea, discendus cum Poeta, congesta alieno pauper in arvo. Si-
milem etiam eum dicit peregrinatoribus literatiis, qui do-
mum reduces, multa auditu jucunda narrant de literatorum,
quos videre ipsis contigit & convenire, faciebus, vestitu, mo-
ribus, domibus, uxoribus, liberis, paupertate & divitiis, mu-
neribus, bibliothecis, scriptis, ipsi integra per plurimos ex-
cursionis sue vel menses vel annos, ne teruncium quidem ad-
jecerunt, illi eruditionis qualicunque thesauro, quem jam pos-
sidebant, cum iter suum literarium ingrediebantur. Adsum
quidem vix multum praestantes eruditione solida, ita, ut dif-
fusissima non minus excellant Historia literaria cognitione,
quales post cineses adhuc veneramur in Vossio, Morhofio &
Fabricio, horum tamen exempla coeco impetu sequi, magnam
sapit imprudentiam, quis enim est quem fugiat, Herculis ce-
thurnos non esse omnibus pedibus aptos? Admodum pauci
etiam deprehenduntur, qui sola hac notitia instructi, sibi-
met de necessariis vita subsidiis prospicere possunt. Ex his
ergo patebit etiam hac in re justos limites esse ponendos,
justumque premium statuendum, atque in utramque peccari
posse partem, Historiam literariam nimirum plane insuper
habendo, & justo longius illam sectando, nec minus inde
patebit, neutquam illud a nobis sumtum fuisse, ut illum qui
expers est Historia literaria Jctorum numero plane elimine-
mus, atque illam absolute, ad acquirendam Juris scientiam
vel prudentiam esse necessariam, sed mentem nostram eam
esse, illam secundum quid esse necessariam, si quis compen-
diariam ac expeditissimam viam ingredi ac bonis auspiciis, &
non per ambages eo devenire velit demum, quorsum facilius

PRÆFATIO.

& felicius & sine difficultate, mediocribus his subsidiiis conser-
gere potuisse.

§. IX.

Quod nunc subsidia ad acquirendam Jurisprudentię His-
toriam literariam pertinentia, attinet, mens nostra solum est,
illorum hic consum agere, quorum notitia Juris cultoribus
ad penenda felicia in arte sua fundamenta, præcipue spectat,
omissis reliquis, instituti nostri ratione, ulteriore recensio-
nem non admittente. Cum vero ex §. III. demonstratis,
notitia librorum maximum inter hæc subsidia ferat momen-
tum, antea quam ad ulteriora progrediamur, hujus acquire-
da erit ratio habenda. Hunc in censum referenda; I. Bi-
blioteca Juris Selecta secundum ordinem literarum dispo-
lita, & ad singulas Juris partes directa, accessit Biblioteca
Selectissima Juris Studiosorum, quam prius digessit, Bur-
cardus Gotthelf Struvius, emendavit & copiose locupletavit
vir illustris Christianus Gottlieb Buder, cuius septima editio
1743. Jenæ prodiit. Peculiare hoc habet hæc Biblioteca,
quod libros ad certas classes relatos exhibeat, ita, ut statim
compareat, libro novo in vulgus edito, ad quam classem sit
referendus, præterea commendat hoc opus ordo, selectus, ju-
dicum & luculentia, ac in fine subjoncta Biblioteca Sele-
ctissima Juris Studiosi, viam Jurisprudentię ingredienti quam
maxime inservit, ut sciat, quos in quavis parte sequi debeat
optime nota libros. II. huic spectat: Martini Lipenii Biblio-
theca realis Juridica, quam post Friderici Gottliebii Struvii
V. C. curas recensuit, innumeros errores sustulit, ultra dimi-
diata partem optimis libris, & Dissertationibus fere omnibus
auxit,

PREFATIO.

auxit, & accuratum Scriptorum Indicem adjecit vir Celeberrimus Gottlob Augustus Jenichen, Academiarum Ludovicianarum ornamentum, Lipsiae 1736. Accesserunt deinde Ejusdem opera supplementa, Emendationes & Illustrationes ad Bibliothecam Juridicam Lipenio-Jenichianam, Lipsiae 1743. edita. Hac prerogativa gaudet immortale hoc opus, quod expertis scire, que scripta ab hoc vel illo JCo fuerint emissa, aut quis de hoc vel illo argumento scripsit, amplam suppeditet notitiam, singulorumque iuris argumentorum scriptorum Alphabeti ordine sifstat. III. Hanc in classem referenda: Georgii Beyeri de utili & necessaria Autorum juridicorum & juris arti inservientium Notitia, quam 1726. ex iterata & auctiore editione accepimus, ac 1738. Celeberrimus Jenichen & 1748. Celeb. Hommel continuarunt, praeципuum hujus opusculi institutum in eo deprehenditur, quod singulatia operum, quæ recenset; tradat & in compendio nervum illorum exhibeat. IV. In censum hunc venit: Auserlese: ne jedoch vollständige Juristische Bibliothek, worinnen die auserlesenen Werke, Bücher und Academische Abhandlungen, welche von allen Theilen der Rechts-Gefahrheit, als Natur-Völcker, Griechischen-Römischen, Päpstlichen-Weinlichen-Teutschen-Lchn-Staats-Rechten, bis auf diese Zeit zum Vorschein gekommen, mit aufrichtigen Urtheilen, wie auch mit denen hiesigen Orts gebräuchlichen Preisen verfasset von Johann Andreas Hoffmann, beyder Rechten Doctor, Jena 1748. II. Theile. Autor methodo admodum plana utitur, singula convenienti ordine exhibit, ac magna utitur accuratione in judicis de libris ferendis.

PRÆFATIO.

§. X.

Præter notitiam librorum, Historia literaria Jurisprudentiæ etiam methodum ostendit, quam Juris cultor in perpetuæ standis singulis partibus adhibere debet, qua in re I. optime meritus est Illustris vir Christianus Gottlieb Buder, qui de ratione ac methodo Studiorum Juris illustrium & præstansissimorum Juris Consultorum selecta opuscula conquisivit, & junctim edidit Jenæ 1724. ex quibus multa salutaria monita prudens Juris cultor haurire potest. II. Huc præclare faciunt Christiani Thomasii Cautelæ circa præcognita Jurisprudentiæ, Halæ 1710. latine editæ & germanica versione donatae Halæ 1713. & ex iterata editione 1729. in quibus multa salubriter monet, quæ, ut alta mente reposta habeantur a Juris cultoribus, in votis habendum esset. III. Prudenter quoque admonitiones hic spectantes deprehenduntur in viri Illustris Joannis Jacobi Moseri Anleitung zu dem Studio Juris junger Standes und anderer Personen, cuius tertia editio multum auctior Jenæ 1743. prodiit. IV. Hoc nomine commendationem meretur: Vorbereitung zur Rechts-Gehirtheit, worinnen die Erlernung, Nutzen und Gebrauch derselben so wohl, als anderer hierzu dienenden Wissenschaften, wie auch die besten Bücher angezeiget werden, zum Gebrauch Academischer Lectionum in dreyen Theilen entworfen von Philipp Becker, Rinteln 1745.

§. XI.

Vitas Juris Consultorum magnum quoque momentum trahere in Historia literaria §. 6. demonstravimus, inserviunt huic

PRÆFATIO.

hic instituto quoad JCTos veteres, quibus Jurisprudentiam Romanam in acceptis fertimus, vitæ tripartitæ Juris-Consultorum veterum a Bernardino Rutilio, Joanne Bertrando, & Gulielmo Grotio conscriptæ, a Joanne Christophoro Francio editæ Halæ Magdeburgicæ 1718. vitas Glossatorum ac illorum Juris-Consultorum qui post restauratum in Italia Jus Justinianum claruerunt, exhibet Guidi Panzirolli de claris legum Interpretibus tractatus, in quatuor libros divisus, cura D. Christiani Godofredi Hofmanni Lipsiæ 1721. editus. Vitas JCTorum Germanorum qui saeculo 16. claruerunt descripsit Melchior Adami, Heidelbergæ 1620. & ex altera editione Francofurti 1703. Hunc quasi continuavit Henningius Witte, in Memoriis JCTorum nostri seculi Francofurti 1676. editis, in quibus IV. Decadibus editis, concessit programmata funebria & orationes in Funeribus habitas. Magnam vero laudem meretur utile institutum illustris viri Joannis Jacobi Moseri, qui edidit Lexicon derer jeckleben- den Rechts-Gelehrten in und um Teutschland, welche die Rechte öffentlich lehren, oder sich sonst durch Schriften bekant gemacht haben, Züllichau 1738. & ex locupletiore editione ibidem 1739. Idem institutum fecutus est V. C. Gottlob August Jenichen in denen unparthenischen Nachrichten von dem Leben und denen Schriften der jecklebenden Rechts-Gelehrten in Teutschland, nebst Anmerkungen über des Herrn Geheimen Raths Johann Jacob Mosers Lexicon der jecklebenden Rechts-Gelehrten in Teutschland. Leipzig 1739. Omnium vero

PREFATIO.

antecessorum suorum operam superavit. V. C. Christophorus Weidlich, qui in lucem misit: Geschichte der jetzt lebenden Rechts-Gelehrten in Deutschland, und zum Theil auch ausser demselben, als ein Rechts-Gelehrten Lexicon in Alphabetischer Ordnung. Erster Theil, Merseburg 1748. cuius continuationem, omnes qui Historiam literariam curae cordique habent, avide exspectant. Omnia quae Juris-Consultorum, qui umquam vixerunt Lexicon molitur V. C. Joannes Fridericus Jugler, qui edita 1741. ad Illustrum de Leyser prescripta epistola publicam hac de re dedit fidem, quam, ut mox liberatum est, & ut tam vires animi quam corporis ipsi ad hunc laborem praesto sint, in votis habemus.

§. XII.

Vt autem, quotidianarum fere mutationum, praesentis status & incrementorum Jurisprudentiae notitia acquiratur, Diariis novissimum hunc statum nunciantibus opus est. Quod institutum ab anno 1734. seq. observarunt Acta JCeorum Wittebergæ 8. partibus in lucem data, & Lipsiæ ab anno 1737-1739. 16. partibus continuata, sub titulo: des Juristischen Bücher-Saals, tandem vero prodierunt: Aller-neueste Nachrichten von Juristischen Büchern, Academischen Abhandlungen, Deductionen und Verordnungen großer Herren, Leben der berühmtesten verstorbenen und noch lebenden Rechts-Gelehrten, nebst andern zu der Rechts-Gelehrsamkeit gehörigen Sachen, Frankfurt und Leipzig 1739. Ex eo tempore hujus Diarii partes

P R A E F A T I O.

ses 54. prodierunt, octo partibus unum volumen cum indice comprehendentibus. Hoc Diarium antecedentibus in ea praefat, quod interrupta serie hoc usque fuerit continuatum, ac hunc plausu exceptum.

§. XIII.

Nonique omnem Historiam literariam Jurisprudentiae in genere complectitur viri quondam Celeberrimi Gottliebii Stollii *Anleitung zur Historie der Juristischen Gelehrtheit* Jenae 1745. post fata Autoris a viro illustri Christiano Gottlieb Buder addita pererudita prefacione de prelio & usu Deductionum edita. Auctor singularium Juris partium Historiam literariam 7. recenset capitibus, dum capite 1. agit de Jurisprudentia in genere, capice 2.. tractat Jurisprudentiam civilem, cap. 3. tradit Juris publici prudentiam, cap. 4. agit de Jurisprudentia feudali, cap. 5. Jurisprudentiam criminalem sicut, capite 6. Canonica in tractat, capite 7. Jurisprudentiam practicam delineat. Opus quod hue usque sui simile non vidit, & Isagogen in universam Jurisprudentiam haecenus a mukis desideratam, sicut, & hinc a Jurium cuktoriis diurna nocturnaque manu versandum,

§. XIV.

Nunc ad illud venio, quod hanc mihi paginam fecit, est illud opusculum Thomasi, cuius in fronte mentio facta, ac ejus exemplaria huc usque frustra in tabernis librariis fuerunt quatita, cuius tamen præstantia eminus & cominus se commendavit, dignum censuit olim illud vir Celeberrimus Christianus Godofredus Hofmannus, ut commentationem suam

P R A E F A T I O.

suam fusiorem de Historia Juris 1718. in lucem missam & 1734. auctius duobus voluminibus editam, ad ductum hujus delineationis susciperet, eamque doctissimis commentariis illustraret. Rogatus itaque ut novam hanc editionem curarem, a me impetrare non potui, quin Historiam illarum Juris partium, quae adhuc huic delineationi desunt adderem, ac succinctis thesibus tradere, in quo eandem legem, quam olim Illustris Thomasius quoad Historiaz Juris Romani & Gerthensis delineationem observavit, mibi posui, libellumque præfessionibus Academicis apriorem reddidi. Indicis quoque hoc usque deficiens curavi haberi, nihilque reliqui feci, quam ut opusculum emendatius edatur. Fruere igitur his Lector benebole, meumque cupide legum juventuti qualunque mea opera inserviendi studium æqui bonique consule. Dabam in Academia Erfordiensis Calendis Septembribus MDCCXLIX.



CHRIST.

CHRIST. THOMASII, JC.
**DELINÉATIO HISTORIÆ
JURIS ROMANI ET
GERMANICI.**

*Accedit in fine accuratior formatio status contro-
versia circa questionem de usu moderno Ju-
ris Romani in Germania.*

Vrbem Romam a principio Reges habuerunt. a) Sub quo statu initio sine lege & jure certo populus Romanus vixit, cum omnia manu a Regibus gubernarentur, & Romulus fere, ut libitum esset, imperitaret. Postea, aucta civitate, Romulus ipse leges quasdam curiatas ad populum tulit. b)

2. Tulerunt & sequentes Reges. Nam Numa religi-
nibus & divino jure maxime populum devinxit, c) repertæ
que quædam a Tullo & Anco. d) Sed præcipuus Servius
Fullius sanctor legum fuit, quibus etiam Reges obtempera-
rent. e)

3. Ejectis vero Regibus & pulsò Tarquinio, omnes il-
læ leges Regiæ exoleverunt, & populus incerto iterum ju-

A re,

a) Ad priores 41. paragraphos commentarii loco esse poterunt libri duo
nauorum jurisprudentia Ante-Justinianæ. b) vide præter Balduini
commentationem ad Leges Romuli, Mervilam de Legibus Rom. c. 2. seq.
c) de Numæ legibus Mervila c. 5. d) Mervila c. 7. ubi & de Tarquini-
o Prisco. e) Mervila d. s. 7. ubi & de Tarquinij Superbi legibus.

re, & consuetudine magis quam lege certa uti cœpit, quod valde turbavit jurisprudentiam Romanam.

4. Variis interea iisque gravibus dissidiis inter Patres & plebem ortis, tandem evenit, ut consensu communis tres legati mitterentur in Græciam, ut inde leges describerent ac colligerent.

5. Quibus reversis, Decemviri creati sunt juris communis condendi gratia, qui etiam decem tabulis jūs conditum populo publice proposuerunt, idque ad nutum populi emendarunt. Sed cum viderentur adhuc quædam leges deesse: aliae adhuc duæ tabulae a Decemviris adjectæ sunt, quæ tamen deminuit, abrogato iterum Decemviratu, a novis Consulibus vim legis acceperunt, & ita leges XII. Tabularum appellatae sunt. f)

6. Jam uti evidenter id imperfectionem status Romani vel legislatorum sapit, quod a Græcis leges petierint Romani, ac præterea vel imperitia vel astutia Decemvirorum ex modo, quem in conficiendis legibus duodecim tabularum adbibuerunt, elucet: ita jam diu apud Gellium ff.) contra æquitatem legum harum, & non absque ratione disputatum fuit, ea que maxime ex prohibitione conjugiorum inter Patres & plebem apparuit.

7. Interim tamen, cum leges XII. Tabularum nihilominus sint fons omnis sequentis juris Romani, & leges sequentes sere pro augmentis earum haberi debeant: non parum impedit studium jurisprudentiaz, quod hodie Legibus XII. Tabularum plane careamus.

8. Paucæ erant & brèves pro moribus illorum temporum Leges XII. Tabularum, atque tali loquendi genere utentes, quod subsequentibus seculis Romani ipsi, mutato idiomate, vix intelligerent.

9. Pro-

f) Decemvirales leges etiam reseculat *Mercia de l. s. 8.*
Lib. 20. Nest. Attic. c. 8.

ff) Gell.

9. Propter paucitatem vero ac brevitatem mox orta est interpretatio prudentum & disputatio sori, quæ primis temporibus tacito populi consensu vim juris obtinuit, atque propria parte aliqua non appellatur, sed communis nomine vocatur jus civile, item media jurisprudentia. At vero & hæc fœri disputatio magnam juris incertitudinem introduxit.

10. Uti vero illa legum interpretatio a Patribus vel Patriciis occupabatur: ita & iidem juris dicundi potestatem sibi vindicabant, & populo certas solennesque formulas præscribebant, ne, prout veller, actiones institueret, quæ appellantur legis actiones.

II. Potissimum vero apud Collegium Pontificum hæc potestas interpretandi & formularum residebat. Legebantur Pontifices olim ex solis Patriciis, & ex his postea constituebantur, quis quoque anno præcesset privatis interpretando & respondendo de jure.

12. Incertæ erant, variantes & incognitæ populo hæc legis actiones. Inerat iis maxima subtilitas & iniquitas. Nam si litigatores, præeuntibus Jureconsultis in pronunciando vel syllaba deerrassent: formula cecidisse aut causa dicebantur, id est causam perdidisse.

13. Postea cum Cneius Flavius invitis nobilibus Aedilis curulis factus esset, formulas istas evulgavit, & fastos in albo proposuit, ut a totó populo quotidie cognosci possent. Unde appellatur Jus civile Flavianum, quamvis Flavius de suo nihil adjecerit.

14. Essi autem hoc modo non subtilitas, sed sicutem incertitudo formularum fuerit sublata: mox tamen ipsa incertitudo rursus introducebatur, imo aucta fuit, cum hoc factum Flavianum Jureconsulti graviter ferentes novas quasdam agendi formulas excogitaverint, easque certis quibusdam notis, vulgo incognitis, descripserint, donec Sextus Elius & has peculiari libro, qui jus Aelianum appellatur, publicaret.

15. Porro evenit inter istas dissensiones Patrum & plebis, ut & plebs quandoque potestatis legislatoriz partem ad se traheret, potissimum per secessiones, quarum prima in montem sacrum plebs obtinuit Tribunos plebis, qui potestatem habebant, ut, quod ad plebem tulissent, quodque plebs jussisset, id ratum esset, quæ Plebiscita vocata sunt.

16. Secunda secessione in montem Aventinum cum velut in controverso jure esset, tenerentur ne Patres Plebiscitis: Plebs obtinuit lege lata, ut, quod tributum plebs jussisset, populum teneret. Ac postea, cum patres de novo negarent, se populi nomine teneri: nova legi dubium sublatum fuit, ut videbatur Plebiscitis omnes Quirites tenerentur.

17. Denique cum Patriciorum ambitione legi huic iterum esset derogatum: Quintus Hortensius in tertia plebis ad montem Janiculum secessione eam renovavit.

18. Eadem dissensio inter patres & plebem originem dedit, ut Praetor evidenter mala patrum intentione & ad decipiendum plebem crearetur, primum ex Patribus, mox ex plebe, primum unus, mox duo, & successu temporis adhuc plures.

19. Potestas eorum in jure reddendo primum constabat, postea variis modis aucta fuit, in tantum, ut non solum eorum Edicta, quæ in albo proponebant, certam juris speciem constituerent, sed & ut adjuvare, supplere & corrigere iis jus civile licceret.

20. Quo pacto, cum clanculum & insidiose ipsis indulta fuerit potestas, legislatoria, Jurisprudentia maxime obscura & intricata fuit reddita. Ut taceam, maximam insuper confusione ex frequenti mutatione edictorum Praetoriorum valde impediatur, quod Chronologiam actionum a Praetoribus inventarum non habeamus.

21. Uxi & illud inter desiderata jurisprudentiae referendum est, quod distinctio officii Praetoris ab officio judicis pendane*ti*

danei juri novo Justinianeō incognita, & defectus accuratæ de-
scripcionis processus antiqui judicarii Romani, difficilem reddas
intellectum jurisprudentiæ Romanae.

22. Eodem tempore, quo Prætor creatus fuit, etiam Adi-
les Currules simili plebis deceptione in odium ejus constituti
sunt, quorum primitus cura in suspicione ludorum publicorum
consistebat, postea illo prætextu facile aucta fuit, ut & via-
rum & venditionum publicarum curam gererent, atque eo
nomine Edicta proponerent, quæ similiter vim legis habue-
runt, et si per ea non semper utilitatem publicam, sed magis, ut
plebs multis litibus involveretur, intenderint.

23. Referuntur quidem communiter Sæta inter augmen-
ta Legis XII. Tabularum: sed viarius est, Senatum, tempore
liberae Reipublicæ, potestatem g) Legis condendæ non ha-
buisse.

24. Id potius memorandum, quod post leges duodecim
tabularum varia subinde, à populo latæ sunt leges, sive iis an-
sam daret insufficientia legis XII Tabularum, sive etiam dis-
sensus inter Patres & plebem, sive alia causa. Modum ferent
dī leges exposuerunt Antonius Augustinus h) & Paulus Me-
rula, i) qui & in singulas earum k) præter Franciscum Hoc-
manum l) commentati sunt, sed breviter: ad quasdam fusius
alii. m)

25. Interim evidens est, propter tot variantes leges, ple-
biscita, edicta, necessario etiam multiplicatum fuisse dissensum
jureconsultorum in explicacione eorundem, & per hunc au-
tam fuisse juris incertitudinem.

26. Obtingebant ista, quæ hactenus recensim⁹, sicut libe-

A 3

g) Plura hic pertinentia vide ap. *Eugenium ad tit. de O. I. §. 102-107.* h)
Libro de Legibus & SCiis. i) c) L de Legibus Romanis. k) Au-
gustinus secundum ordinem alphabeticum; Merula secundum capita
certa. c. ult. libri de L. Romanis. l) etiam secundum ordinem al-
phabeticum. m) quos recenset Gasparinus in Bibliotheca.

ra republica. Unde Cicero n) primus consilium dabant componendi systematis juris, ac de eo librum promiserat, quem citat Gellius: o) & si juri Caanonico p) credimus, idem centaverat Pompejus. Præterea & inter Julii Cæsaris primas ac præcipuas curas fuit emendatio horum defectuum per novum systema, nisi mors violenta cum maximo jurisprudentiaz damno eam prævenisset.

27. Post varias demum Ciniz, Spilz, Marii factiones ac triumviratum duplicem, Crassi, Pompeji, Cæsaris & Augusti, Lepidi & Antonii, q) tandem imperio lege Regia r) ad solum Augustum translato, necesse fuit, aliam etiam faciem legum & jurisprudentiaz fieri.

28. Inter initia Principatus quidem leges adhuc complures a populo, veteri ritu, Augusto autore, latae deprehenderet licet, unde tot leges Juliz, non omnes a Julio Cæsare, sed & multæ sub Augusto latæ.

29. Sed veteris libertatis veluti umbra ac simulacrum quoddam ab Augusto relictum, a Tiberio ademptum fuit, comitiis sub eo e campo Martio ad patres translati.

30. Inde ergo Principes, quæ de jure privato constitutæ essent, orationibus in senatu prius complectebantur, de his censendi arbitrio senatui quasi relicto, eas deinde orationes SCtum sequebatur. Inde tot SCta ad Marcum Imperatorem usque, quæ collegit Antonius Augustinus.

31. De modo habendi SCta multa ex epistola Varronis refert Gellius. SCta siebant vel per discessionem, vel per singulorum sententias exquisitas. s)

32. JEtorum quoque autoritas sub Augusto crevit, in tantum, ut non amplius privata, sed ex Principis autoritate publi-

n) de Orat. I. 1. c. 43. o) l. 1. c. 22. p) can. alt. dif. 7. q) Apollonius, Dio Cassius, Histoire des Triumvirates. r) Boyer de O. J. n. 122, seqq. s) Ex Varrone Gellius l. 14. c. 7. conf. l. 3. c. 18. Divi-
tionem hanc latius defendit D. Boyer, ad scđ. de O. J. n. 110, 117.

publice responderent, & scripto quidem, non viva voce. Non tamen licebat id omnibus, sed quibus a Cæsaribus jus respondendi datum esset.

33. Atque hæc potestas JCtis data, & necessitas judicibus imposta, ut ne a responsis JCtorum recederent, et si Augusti principatum stabiliverit: maximum tamen damnum dedit jurisprudentia.

34. Efficaciter enim ista potestas respondendi, per beneficium indulta, sectas, Sectæ incertitudinem juris auxerunt. Huic incertitudini, & his dissensionibus non in tempore obviam iverunt Imperatores.

35. Quin potius hæc sectæ maxime sub Imperatoribus florere & augmenta capere cœperunt. Ut enim ipsorum JCtorum ordinem & successionem post Eberlinum t) in summa exhibuit Jacobus Gothofredus, u) ita sub Augusto Antistitus Labeo & Attejus Capito (ille vir incorruptæ libertatis, ac præter juris studium reliquarum bonarum artium haud expers, propriumque ingenium ad decidendas juris controversias afferens, neque coeca sequela aliorum tradita approbans; hic vero divini humanique juris peritissimus, ceterum tamen nimis Augusti adulator, & promiscua traditorum custodia magis ingenio alieno sapiens, quam suo) potissima capita sectarum suisse memorantur, quæ tamen ab horum discipulis demum, ut fieri solet, nomina sortitæ sunt. Unde Proculianorum & Pegasianorum, qui Labeoni; Sabinianorum & Cassianorum, qui Capitoni x) adhærebant, &c. frequens mentio in corpore juris.

36. Intendit equidem Hadrianus Imperator incertitudinem juris, potissimum eam, quæ ex edictis Prætorum diversis orta erat, confectione Edicti perpetui tollere, qua in re opera Salvii Juliani usus est: sed non fuit ista intentio sufficiens ad naevos memoratos tollendos,

37. Nam

t) de O. J. c. 34. seqq. u) M. Am. Jur. c. 7. x) Gosbofr. Man. Jur. p. 37.

37. Nam & Julianus ad ejusmodi negotium non par fuisse videtur, & methodus Edicti, & reperitio actionum non magni amplius usus, parum prudentiae arguit.

38. Cum vero potestas legislatoria sit potissimum regale majestatis: & ipsi Imperatores Romani leges novas condiderunt, initio quidem majestatem dissimulantes per modum SCtorum, deinde fere a temporibus Hadriani directo, quæ constitutiones Principum appellantur. Quæ tamen & ipsæ constitutiones incertum jus magis augebant, cum plerunque successoris leges & constitutiones mutaret.

39. Fuerunt autem Imperatores Romani partim gentiles, partim Christiani. Gentilium constitutiones dispersas collegerunt duobus codicibus Hermogenes & Gregorius, quorum tamen vix minima restant frustula.

40. Christianorum Imperatorum constitutiones ad sua tempora usque collegit Theodosius junior. Reliquorum Imperatorum ad Justinianum usque constitutiones sub titulo legum Novellarum collectæ sunt. Codicem Theodosianum eruditissimis notis & commentario illustravit immortale Jurisprudentia decus, Jacobus Gothofredus, sicuti vero plurimos nævos, quibus idem laboravit, detexit.

41. Hos inter crassissimus est, quod, cum sentiret Theodosius incertitudinem juris, ex autoritate responsorum orram, hanc eo remedio tollere laboraverit, ut certorum saltet JCTorum scripta jusserit valere in judiciis, & in allegatione eorumdem plures prævalere paucioribus, ex paribus illos, inter quos esset Papinianus; inter pares denique absque Papiniano judicis arbitrio locum esse. Hoc pacto enim necessario longe major juris incertitudo fuit intructa.

42. Sic igitur comparata erat Jurisprudentia Romana: his nævis laborabat, gravibus sane & multis, cum ad eam emendandam animum applicaret Justinianus, y) princeps utique

y) Circa ea, quæ hic & in sequentibus paragraphis de nævis Juris Justinianei

utique non plane analphabetus, ut a plurimis habetur, ex Suidz loco, Justinum cum Justiniano vero similiter confundentis, z) sed tamen nec vere eruditus & prudens, sed superstiosus, metaphysicus & eruditione scholastica leviter tintus, ac Theodore uxori, feminæ virtuosissimæ, nimis obnoscens. a)

43. Qui ad emendationem hanc adhibuit pariter viros, progenio illius seculi revera insufficientes, quorum caput erat Tribonianus, homo & vanissimus, & avarissimus, & minime omnium eruditus. b)

44. Sub hujus itaque directione anno 528. Idibus Febr. a viris decem Codex Justinianus prior fuit confessus, c) qui tamen interiit, ut adeo fusius de eo judicare nequeamus. Interim fraudes & ineptias a compilatoribus Codicis Justinianei intuitu Codicis Theodosiani commissas recenset Jacobus Gothofredus, d) ex quo intelligi poterit, quantum licentia sibi sumserit, intuitu codicis Gregoriani & Hermogeniani.

45. Hinc viris septendecim compositio Pandectarum commendata 15. Decembris anno 530. quibus mandavit Imperator, ut, que usum haberent, colligerent ex veterum J Ctorum scriptis, contraria vero omitterent, vel ad novi juris rationem conformarent, retento tamen J Cti nomine, unde lex desumpta; uno verbo, ita se gererent, ne antinomia vel tautologia compareret in Pandectis. e)

46. Uri vero quod tautologias attinet, id minime praestitum est, cum longam tautologiarum seriem collegerint Guido Pancirollus, Pardulphus Pratejus & Petrus Mülleerus: f) ita & quoad evitandas antinomias id ab ipsis observa-

B

tu

dicuntur, confer prefationem ad libros de novis Jurisprudentia Ante-Justinianæ- z) Praecognita juris Hippiana c. 2. §. a. Dissent D. Beyer ad tit. de O. I. n. 6. seq. a) D. Beyer d. l. n. 10. b) D. Beyer d. l. n. 11. seq. c) Conf. Hac qua, in fine de V. I. B. d) in prolog. ad Cod. Theod. c. 4. p. 191. e) Conf. DEO auctore. de conceptione Digestorum. f) Primus in Thesauro Variorum Lectionum; Secundus de Jurisprudentia media; Tertius intr. de studio juris.

et fuisse impossibile, vel inde apparet, si quis saltem consideret & modum excerpti ex tot diversis, usque dissentientibus Jctis, & multitudinem operariorum ad hæc excerpta adhibitorum, etiam si iuissent viri eruditissimi.

47. Interpolarunt etiam sententias veterum Jctorum parum erudite, & cum summa confusione jurisprudentia, unde Wissenbachio integer libellus emblematum Tribonianis natus. Etsi enim Tribonianismo hoc non fuerit crimen commissum, cum Imperator potestatem hanc compilatoribus dederit: g) imprudenter tamen factum, quod emblemata hæc non fuerint signo aliquo notata, sed ipsis Jctis, præpositione propriorum nominum, adscripta.

48. Porro quod antinomias attinet, etsi multi sudent ac sudaverint in his conciliandis, h) ac omnia potius Jcto esse tenenda adhuc hodie afferant Jcti eximii quidam, quam ut concedatur, dari antinomias; revera tamen dari eas, ostenderunt Antonius Matthæi, Wissenbaelius, alii: & quilibet regulis bona interpretationis instructus quotidie deprehenderet, adhuc plures dari, quam haecenus notatae sunt.

49. Ac facile demonstrari potest, hypothesin de multitudine antinomiarum, esse convenientiorem veræ Juris Theorizæ, ac longe utiliorem in praxi, quam alteram, quæ distinctiunculis quibuscumque excogitatis vult fanare nayum insanabilem.

50. Dividuntur Pandectæ a Justiniano in septem partes: i) a Glossatoribus in Digestum vetus, infortiatum & novum. Editionum ratione Digesta sunt vel volgata, vel Norica vel Florentina. l)

51. Antequam Digesta ederentur, mandavit Justinianus Triboniano, Theophilo & Dorotheo, ut Institutiones componerent, tanquam totius legitimæ scientiæ prima elemen-

ta,

g) Præcogn. Hopp. c. 2. §. 9. h) D. Beyer d. I. §. 20. i) Recensitas in l. 2. §. 1. f. seqq. C. de V. I. B. l) Præcogn. Hopp. §. 15. 16. 17. D. Beyer d. I. n. 27. seqq. conf. infra §. 126.

ta, quæ in quatuor libros divisæ eodem die cum Digestis confirmatæ sunt.

52. Etsi vero sine dubio intentio Justiniani haudquam fuerit, ut vel institutiones Pandectis vel hæ Institutionibus derogare debeant, quia ejus intentio fuit, ut nulla in corpore juris remaneret antinomia; interim tamen antinomia evidensissimæ exemplum est decisio Justiniani de pictura, m) collata cum sententia Pauli n) in Digestis, ubi regulæ bonæ interpretationis jubent, Institutiones Pandectis, tanquam post has conditas, derogare, o) quamvis nec negandum sit, aliquando Institutiones ex Pandectis esse supplendas, ut patet exemplo doctrinæ de specificatione. p)

53. Uti vero incapacitatem autorum satis arguit, quod non potuerint proprio marte institutiones confiscere, sed ex aliorum institutionibus eas exscribere necesse habuerint, & quod tantilli libelli confectio non uni, sed tribus viris, fuerit mandata; ita & aureus iste, ut vulgo nominatur, libellus pluribus adhuc nævis laborat.

54. Præterquam enim quod magnam judicij eclipsin arguat præ Papiniano, Ulpiano, & aliis JCTis eruditissimis, electio Caji, JCTi & remotissimi, & non acutissimi; quis homo ingenuus sine mentis commotione ferre possit omissionem necessiarum & potissimum doctrinarum juris, recensionem juris antiquati & antiquandi, ineptam methodum non solum generalem titulorum, sed & specialem paragraporum, inconvenientes ac sæpe ridiculas verborum phaleras, conjunctas cum strenua antiquitatum Romanarum & palpabili prudentiæ Legislatoriæ ignorantia, quoties ad suas constitutiones provocat Justinianus, vel jus vetus abrogat?

55. Non multo prudentior fuit Paraphrastes Institutio-

B 2

num.

ma) §. 34. Inst. de R. D. n) l. 23. §. 3. de R. V. o) Dissent Protag. Happ.
c. 2. §. 12. p) §. 25. Inst. de R. D.

num Theophilus, de cuius editionibus videndus Jacobus Gothofredus,) q) ut vel ex fabula, quam de SCeo Macedoniano tradit, r) apparet.

56. Porro cum incuria Tribonianii Collegarum factum fuerit, ut in Pandectis multæ veteris juris reliqua fuerint relictæ, quæ jam per constitutiones Imperatorum, etiam ipsius Justiniani, Codici Justinianeo insertas, erant abrogatae; s) inde ne Pandectæ tanquam posteriores viderentur codici, necesse erat, veterem abrogari, & Codicem repetitæ prælectionis formari. Hæc ergo emendatio Codicis prioris quinque viris commenda-
ta, confirmata fuit mense Novembr. 534.

57. Ante hujus Codicis editionem Justinianus etiam alias JCrorum altercationes & dissensiones, quæ vel in Digestis reli-
cta, vel certe per ea non essent definitæ, peculiaribus 50 decifro-
nibus definiverat, quæ etiam Codici repetitæ prælectionis inser-
tae sunt. De quarum nota characteristica et si eruditæ multa
subtiliter disputerent; t) non tamen video magnum hujus quæ-
stionis usum.

58. Ut adeo mirandum fit, JCros quosdam eruditos n) ne-
gasse, quod quinquaginta decisiones derogent Pandectis, qui-
bus tamen ab aliis x) jam abunde fuit satisfactum.

59. Quin imo in hoc Codice repetitæ prælectionis leges
legibus refigi & abrogari videoas, cum tamen Justinianus Tribo-
niano & collegis ejus mandaverit, ut leges supervacuas seu ab-
rogatas circumducent ac tollerent. Specimen earum de-
dit Wissenbachius. y)

60. Vt ergo hoc modo multæ antinomiz in Codicem et-
iam repetitæ prælectionis irrepserent; ita haud dubie, quoties co-
dex pandectis contradicit, iis derogat.

61. Video

- q) Bibl. jur. p. 72. r) ad §. 7. Inß. quod cum eo, qui in al. pot. est, &c.
- o) Wissenb. ad Cod. p. 4; ubi exempla. Pracogn. Hopp. c. 22. ubi etiam
exemplum. t) Pracogn. Hopp. c. 2. §. 19. D. Beyer. d. l. n. §. 2. seqq. u)
Frantzium, Struvium, Ludwellum. x) Pracogn. Hopp. d. l. §. 21.
seqz. y) ad Cod. p. 5.

61. Video equidem ab aliis 2) cautelam adhiberi istam, ut videndum sit, an non JCti, ex quibus leges Pandectarum, desumptae sunt, vixerint post Imperatorem, iis in Codice contradicentem, quo pacto horum tantquam posteriorum sententia sit preferenda sententiae Codicis. Sed non video, quo fundamento ea nitatur assertio.

62. Etsi enim Imperatores iudices adstrinxerint, ut sequentur responsa prudentum: non tamen unquam tantam dederunt JCtis protestati legislatoriam, ut etiam possent abrogare constitutiones Imperatorum.

63. Deinde & sententiae JCtorum & sententiae Imperatorum jam non valent vi sua, sed ex autoritate & approbatione Justiniani, qui ideo publicavit codicem repetitæ prælectionis, ut Pandectaris derogaret.

64. Denique si ista methodus conciliandi antinomias hoc loco adhibenda esset, præberet etiam usum in conciliandis ipsis pandectarum aut Codicis antinomias, ut videlicet JCti aut Imperatoris posterioris sententia derogaret sententiae JCti aut Imperatoris prioris, quod tamen nemo dixerit.

65. Redeamus ad historiam juris. Laborat hic Codex repetitæ prælectionis plurimis navis jam supra ad Pandectaras & Institutiones notatis, puta infausto modo excerpendi ex scriptis Imperatorum diversissimis & sape sibi contradictibus, multitudine operariorum, & quidem tali labore imparium, interpolatione Triboniana intuitu veterum legum, &c.

66. Cum ergo neque sic multum proficeret Justinianus, sed incertudo Juris quotidie augeretur, coactus fuit, novis constitutionibus dissensiones & antinomias, tum a prudentioribus detectas, vel etiam in forensibus negotiorum argumentis emergentes, tollere, quæ adeo novellæ

dicuntur, ac non simul, sed singulæ diversis temporibus editæ, nec etiam ab ipso Justiniano conjunctim publicatae, sed postea a JCtis collectæ, aut, barbaro vocis significatu, collatæ sunt. Unde collationum nomen acceperunt, de quarum variis interpretationibus ac editionibus videantur post Jacobum Gothofredum præcognita a) & positiones Beyerianæ, b) quæ & de Novellarum numero quædam notabilia suppeditabunt. c)

67. Præterquam vero, quod & in his novellis nulla sit methodus, cum plura diversissima capita sæpe uni constitutioni fuerint inserta, (cui malo voluere obviati ire d) Dionysius Gothofredus, Pardulphus Pratejus & Conradus Rittershusius,) id iterum satis ostendit miseriam emendationis Justinianæ, quod non solum una novella sit alteri contraria, e) adeoque haud dubie posterior priorem abroget, sed & quod sæpe Justinianus abrogaverit jus, quod jam diu desuetudine erat abolitum, & saltem ipsius incuria in pandectas iterum relatum. f)

68. Ut taceam ineptientes prologos & epilogos constitutionum, ac ratiocinia impertinentia, jam a Constantini temporibus, clero ad administrationem Reipublicæ admisso, prudentiam legislatoriam commaculantia, tædiosa itidem verba ac tautologias, valde obscurantes Imperatoris mentem, & crucem figentes interpretibus, quibus si ullæ antecessorum & successorum, certe Justinianæ constitutiones repletæ sunt; g)

69. Visa ita historia juris Justiniane, nunc ulterius vindendum, quo fato Germania, quæ nunquam imperio Romano paruit, jure hoc peregrino tot nævis laborante, sed tamen tot encomiis praedicato a JCtis, sit onerata?

70. Nam

a) d. e. 2. §. 28. b) d. l. §. 75. seq. c) §. 96. seq. d) D. Beyer, ibid. §. 86. seq. e) Exempla ap. D. Beyer. §. 87. f) e. g. lex Fusia Caninia. Plura exempla suppeditabit Baldunni Justinianus. g) ut vel exemplo Nov. 115. & 118. constat.

70. Nam quæ fata iuris Justiniane in Oriente fuerint, item quomodo & a quibus Basilica eorumque epitome ac eclogæ, item Paratitia edita fuerint, (de quibus post Gothofredum h) iterum consuli poslunt positiones Beyerianæ,) i) ad nos non atinet, cum ius Justinianeum ex Occidente & Italia ad nos traductum sit.

71. Antequam vero fata Juris Justiniane in Occidente consideremus, paucis etiam tradenda est historia legum Germaniarum.

72. Mores Germanorum antiquorum a moribus Romanis fuisse diversissimos, cuiuslibet patebit, si diligenter scrutetur, quæ Julius Cæsar k) de moribus Germanorum & Gallorum, post hunc vero Cornelius Tacitus sub Trajani temporibus integro libello de moribus Germanorum scripsierunt.

73. Atque hic libellus Taciti studiofis juris imprimis commendandus est, quoniam deprehendent, ex ipsis antiquis moribus non pauca hodierna capita juris Germanici a jure Justinianoe discrepantibus derivari posse, v. g. iura hominum priorum, carentiam proportionis inter dotem & donationes propter nuptias, &c.

74. Quamvis vero multi l) in Tacitum commentarii sint, quos inter eminet Philippus Cluverus, nullum tamen deprehendi, qui non in multis aberraverit a scopo Taciti. Ergo legendus Tacitus absque commentario, observatis potissimum duobus monitis,

75. Nam Tacitus ubique præ oculis habuit mores Romanorum, ut videlicet ostenderet, quomodo Germani a Romanorum moribus differant; illa enim, in quibus convenerunt, omisit. Ergo fere per totum librum comparativa m) locutione uitatur ad mores Romanorum; non absoluta.

76. Dein-

h) in man. jur. i) de O. 9. membr. 3. n. 1. ad n. 40. k) de Bello Gallico VI. 11 - 24. l) vid Hertzii Biblioth. German. n. 25. seq. m) ut quando de agricultura loquitur. Vid. diff. nostr. de bomin. prop. Germ. 7.

76. Deinde Tacitus quidem ubique videtur satis bona fide scripsisse, & multa de moribus Germanorum etiam ipse expertus esse, sed tamen cum Romani non intraverint interiora Germaniarum, multa etiam huius ex relatione, adeoque ea comparando ad mores Romanorum falso sibi imaginatus est, quippe quae non cohaerent cum moribus aliis, ut quando de otio & bibacitate n^o) Germanorum parum verosimilia protulit, neque cohaerentia cum eorum castitate, venandi & bellandi cupiditate.

77. Paucis: Romani illis quidem temporibus erant gens luxuriosa, alieni cupida, imperium orbis terrarum afferens, ceterum valde morata, commercia cum aliis gentibus exercens, in plures reipublicae status ac officia & munera divisa, pluribus legibus scriptis gaudens, judiciis solennibus secundum certas formulas utens, &c.

78. Contra Germani erant gens casta ac sobria, paucis contenta, libertatem magis propriam defendere allaborans, quam alienae inhians, nisi quod excusiones subinde & depravationes populorum, quibus foederibus non erant obstricti, exercebant, ceterum barbara ac simplex, commercia ignorans, agricultura ac pecuaria contenta, aequali libertate gaudens, nisi quod virtus bellica principes secereret a plebe, experientia & senium instar judiciorum potestatis dirimeret controversias juniorum; apud quam adeo plus valerent boni mores, quam alibi bona leges, quaeque in dirimendis controversiis solennitates ignoraret, & simplici aequitate iteretur.

79. Ignorabant igitur & Germani litium tam diuturnitates, quam juris ipsius intricacionem & incertitudinem. o) Quare etiam cum sub Augusto Imperatore Quintilius Vargus

n^o) vide d^r, diff. §. 6. seq. o) de judicibus antiquorum Germanor. & circa quae fuerint occupata judicia, pluribus egit Corring. pecul. diff. §. 2. seq.

rus cœpisset in Cheruscis judicia more Romano instituere, mox interempto Varo, tribusque legionibus cœsis, præcipue Germani in causarum pâtronos levierunt. Aliis oculos, aliis manus amputarunt: unius os sutum, recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, tandem, inquit, vipers sibila-re desiste. p)

80. Postquam vero Romani in exteriora Galliae & Germaniae penetraverunt, ut fieri solet, ut vel victi victorum, vel confines confinium mores assumere soleant, mutati aliquo modo sunt mores Germanorum jam tempore Taciti, q) sed nunquam in tantum mutari potuerunt, aut mutati sunt, ut magna inter Romanos & Germanos potuerit institui compa-ratio.

81. Et tenaciter adeo Germani morem illum pristinum per aliquot secula retinuerunt, quod legibus non scriptis uter-entur, & mores suos carminibus ac carminum versiculis, qm inde Gesæge vocantur, includerent. r)

82. Cum tamen seculo post Christum natum quinto Franci, Burgundiones, Westrogothi, Ostrogothi, Longobardi cultissimas Romani Imperii provincias in Galliis & Italia ut victores incolere inciperent: leges quasdam, sed paucas ac breves, ac ad jura Romanorum non comparandas, scripserunt latina lingua, s) quas post Johannem Basilium Heroldum collegit Fridericus Lindenbrogius in Codice legum antiquarum, simul exhibens leges Francorum, Salicam, Ripuariam, Alemannicas & Bojoaricas. Sed novissime ea nitidius cum aliis Regum Francorum constitutionibus edidit Stephanus Baluzius.

83. Scilicet Carolus Magnus non solum additamente quædam ad leges Salicas, Bojoaricas & Longobardicas adje-tit,

C

p) Florus IV. 12. Conv. d. I. §. 17.

XVII. 3. XXIII. 1.

p) 55.

s) Conring. de Orig. Juri. Germ. 2. 11.

q) Tacitus de M. G. V. 6. XV. 5.

i) dissert. de mortuorum contentione cum iure scri-

cit, sed & prorsus novas leges tulit Saxonibus, t) Frisis & Thuringis, u) imo & in comitiis Francorum varias leges capitulares, tam causas ecclesiasticas quam civiles concernentes, sanxit. x)

84. Patris vestigia pressit Ludovicus Pius, College-
runt ista capitularia Ansegisus & Benedictus Levita, y) easque collectiones exhibent Lindenbrogius & Bakuzius.

85. Post Ludovici Pii tempora quando jam Germania sejunctam a Gallia & Italia rempublicam constituebat, ad Ottonis M. tempora, parum additum est legibus scriptis, certe parum de illis hodie est reliquum. z)

86. Quare credibile est, illa capitularia Caroli & Ludovici, quæ antea in universo Francorum Imperio obtinuerunt, isthac ad Ottonem usque tempestate in Germania suam vim & autoritatem haud perdidisse, cum in Gallia & Italia eam adhuc obtinuerint. a)

87. Ottoni M. & ejus filio adscribuntur quidem articuli quidam Speculi Saxonici ac tutum Weichbildum Magdeburgense, de quorum tamen falsitate jam constat. b)

88. Scriptit forte paucissimas quasdam leges Otto, c) prater quas nihil est juris, quod secure liceat Ottoni tribuere; imo nihil est hodie legum Germanicarum, quod ab Ottonis successoribus usque ad Lotharium Saxonem profectum, vel a quoquam eorum conscriptum memoretur. d)

89. Lotharius II, communiter quidem, sed ut mox e) fuisse dicetur, falso traditur Romanas leges in Germaniam introduisse. Quin imo circa iura nihil mutavit. Nullam

cer-

t) de Saxonum legibus ante Carolum vide *Meibom. introd. ad histor. infer. Saxon.* p. 77. sqq. Leges Anglo-Saxonum ab anno 712. ad finem seculi undecimi idiomatico Anglo-Saxonico vetusto editæ sunt *Cantabrigia* 1664 una cum Venerabil. Bedæ Hist. Eccles. gentis Anglorum, addita interpretatione Guilielmi Lombardi, & adjuncta Glossario. u) *Eduardus de D. f. G. c. 12. 13.* x) *Corr. c. 14.* y) *Id. c. 15.* z) *Id. c. 17.* a) *Id. c. 17. p. 87.* b) *Id. c. 18.* c) *Id. c. 18. p. 36.* d) *Id. c. pp.* e) *§. 119. sqq.*

certe legere est latam ab ipso legem, quæ Germaniam obligaverit. f)

90. Plures constitutiones promulgavit Fridericus I. in Roncaliis Italæ campis, g) quarum magna pars hodie superstet. Sed fortassis tum nihil eorum in Germania observatum est. Nec vero perinde illæ ad res Germanicas attinent, & feudalia jura sua seorsim, a Longobardicis in quam multis diversa, habuit semper Germania. h)

91. Majoris igitur indubie apud Germanos autoritatis fuere, quas in Germania ipsa Fridericus ille tulit, quas inter eminent constitutio de pace conservanda. i)

92. Etiam aliæ tamen, admodum licet paucæ, & Friderici hujus & Henrici VI. ut & Ottonis IV. cum alibi leguntur, tum in libros juris Saxonici & Suevici, nec non Magdeburgici Weichbildi transierunt. l)

93. In universum ergo judicia Germaniæ usque ad XIII. Seculum a Carolinorum temporibus non ex scripto, sed ex receptis moribus ex bono & æquo sententias pronunciarunt. Vere enim illæ veteres Carolinæ leges & capitularia manibus hominum diu exciderant, a Regibus autem subsecutis & Principibus vix quicquam circa leges innovatum memoratur: scriptas aliquas esse, neque memoratur neque ex aliis indicis intelligitur. m)

94. Etsi etiam Carolina illa vetera instituta manserint in populi manibus: pleraque tamen tantum ex consuetudine ex æquo & bono necesse erat definire in illa scriptarum legum paucitate & emergentium negotiorum multitudine, a prisca vivendi simplicitate multum jam degeneratis omnium moribus, unde negotiorum adeoque & litium necesse est ut copia creverit solito major. n)

f) *Conr. c. 25.* g) *Guido Pancirolius de claris Leg. Interpret. l. 2. c. 14. p. 124.* h) *Conr. c. 25. p. 150.* i) *Id. ibid.* l) *Id. ibid.* m) *Id. ibid. p. 151.* n) *Id. d. l.*

95. Præterea non legitur, quod in judiciis regni Germanici publicis omni illa ætate sententiam dixerint homines literati, sed vel ipse Rex vel Princeps, non tam literis imbuti, quam morum & solius æqui gnari. Nec ad privata judicia lecti Scabini aut judices doctrina præstantes, sed quorum plerique & legendi & scribendi erant imperiti, quos tamen senilis prudentia commendaret & experta justitia & pietas. o)

96. At post annum 1200. ad leges scribendas animatum majori studio appellere cœperunt, indubie Italorum imitatione aut æmulatione. Quin & circa seculi XIII. initia jus pontificium postquam Gregorius IX. anno 1239. circiter decretales suas edidisset easque ubivis mandasset observari, statim in Germania in usu esse cœpit, præprimis cum Johannes Semeca, Teutonicus vulgo dictus, in decretum glossas confecerit, qui anno 1245. mortuus est. p)

97. Et vero publico ordinum imperii Germanici decreto anno 1236. Friderico II. Cæsare, caustum videtur, ut secundum jus Pontificium judicentur non solum res spirituales, sed & in negotiis secularibus ejus ubique magna beat esse autoritas. q)

98. Ut autem hic de origine & progressu juris Canonici post Gerhardi Mastricht Historiam juris Canonici merentur legi Præcognita Hoppiana, r) ita hæc introductio Juris Canonici in Germaniam magnam juri Germanico attulit mutationem. s)

99. Recessit enim id Jus Canonicum multum ab antiquis legibus ecclesiasticis, usque ad illud Seculum XIII. usitatis, Pontificis dominatum Clerique dignitatem in immensum extulit, novum & longum judiciorum ordinem, comperenditionum & procrastinationum uberem campum, pro simili-

o) Ibid. p) Com. e. 26. Pancir. de claris legum interpret. sub Semeca.

q) Comr. ibid. p. 156. r) cap. 8 addit Ziegli, dissert. proœm. ad Coment. in Lancel. Institut. s) Comr. p. 157.

plici majorum juridica processus formula obtrusit, multitudine, varietate & obscuritate legum & clero & aliis crucem fixit, superstitionum hominum animos in Rem publicam armavit, Clerum ac populum perpetuo collisi, denique legibus Germaniam replevit & emunxit argento. t)

100. Credo & Imperatores & Principes & alios viros quietis patriæ amantes id obsevasse, ac quantum superstitionis temporum permittebat, restitisse isti incremento juris Canonici. Unde non solum ab illis temporibus sub Friderico II. Rudolpho I. & sequentibus, cœptum est vernacula lingua magis colere, & non amplius latina illa papali & clericali lingua, sed Germanica in constitutionibus Imperii, sed & judices hortari ut secundum mores patrios judicent. u)

101. Sed & illis temporibus mores & consuetudines Germanicas cœperunt colligare viri de juribus patriis conservandis solliciti. Etenim Epko Repkovius jus Provinciale Saxonicum intra primos quinquaginta annos Seculi XIII. x) pri-
mum Latine edidit, postea rogatu Hojeri comitis Falckensteini germanice interpretatus est, y) i. e. in linguam antiquam Saxoniam, quæ tantum non tota vetus Germanica est, id trans-
tulit. z) Postea anno 1570. Melchior Zobelius in Misni-
cum idioma mutavit. a) Dedit operi titulum speculi Saxonici, ac illud in tres libros divisit.

102 Quamvis vero hic Codex autoritate publica non sit promulgatus: non tamen mirandum, eum in multa Saxoniæ aliarumque provinciarum foro transiisse, quia rece-
pto hactenus more secundum consuetudinem & ex æquo &

C 3

bono

e) Id. ibid. u) Contr. c. 27. x) Id. c. 30. p. 182. seq. Gryphianus de Weich-
bildis Saxonicus c. 48. n. 13. seq. y) Latinum textum, quo hodie uti-
tur, non esse authenticum, docet Schiltz. Ex. XVI. tb. 35. & Ex.
XXXVII. tb. 84. Forte a Glossatore Latino confessus. Conf. Schiltz.
Ex. XXIII. tb. 63. z) Contr. p. 182. Gryph. c. 38. n. 13. seqq. & c. 39. n. 7.
seqq. a) Gryph. c. 39. n. 3.

bono sententiæ tum ferebantur, quarum magnam partem hoc Codice contineri persuasum fuit. b) Quare & in ejus interpretationem, a viris præclaræ nobilitatis & dignitatis, v. g. Burchardo Episcopo Magdeburgensi, Ottone Comite de Falkenstein &c. haud parum laboris est impensum. c)

103. Quanto vero in usu fuerit Speculum Saxonum anno 1373. & quam eo usi sint Germani ad conservandos mores patrios contra decreta Pontificum, vel ex verbis bullæ Gregorii XI. qui illo anno id exterminare conatus est, & plures ejusdem articulos damnavit, appareat. d)

104. Imo tanta olim fuit existimatio juris Saxonici, ut non tantum in multas Germaniæ partes, verum etiam in Livoniæ ac Bohemiam, imo & in Poloniæ ipsam fuerit receptum. e)

105. Accessit postea Speculo Saxonico etiam jus Saxonum Feudale, unde & olim sub nomine libri IV. Speculi fuit allegatum. Sed hujus autor incertus est, nec de tempore, quo confectum sit, ex ipso scripto multum colligi potest. Verosimiliter tamen illo ipso seculo XIII. non diu post jus Provinciale prodiit. Sub initium quippe sequentis seculi jam in Bohemiæ ac Poloniæ migrasse videtur. f)

106. Porro iisdem temporibus nullum est dubium, a Principibus etiam constitutiones literis esse promulgatas ac scripto comprehensas. Eandem fortunam experta sunt gentium quarundam, ut Frisorum & Helvetiorum, & urbium liberorum statuta. Inter urbium leges præ aliis olim eminuerunt, ad quarum exempla multæ aliæ compositæ sunt, Colonienses, Aquisgranenses, Lubecenses, Magdeburgenses. g)

107. Vti

b) *Conr. d. c. 30. p. 185. seq.* c) *Id ib. p. 186.* d) *Conr. c. 31. p. 192. seq. conf. c. 26. p. 157. Gryph. c. 47.* Extat hæc Bulla cum articulis post finem Speculi Saxonici. e) *Conr. c. 31. p. 194.* De Polonia adde *Melborn. Instruc. ad Histor. infer. Saxon. p. 79.* Ubi plura hue pertineantia. f) *Conr. c. 30. p. 187. Grypb. c. 49. 50.* g) *Conr. c. 28.*

107. Ut vero jus Lubecense h) adhuc hodie in Germania magni usus esse restatur commentatoris Mevii praefatio ad illud jus, (quod tamen a veteribus consuetudinibus multum recessisse & passim mutatum esse constat: i) ita inter omnium Germanicarum urbium statuta & consuetudines prima semper fama Magdeburgensis fuere, iisque usæ sunt Poloniae, Bohemiae, Marchiae Misnensis & Lusatensis, item Silesiae urbes, unde & in controversiis dubiis ad Scabinatus Hallensem & Magdeburgensem appellatum fuit. l) Quorum Scabinorum tanta fuit autoritas, ut responsa eorum pro lege pene valuerint, eoque plurima eorum in libros digesta sunt; m) quæ post speculum Saxonum legi possunt.

108. Cum autem Scabini Magdeburgenses mores Saxonicos sequerentur & interpretarentur, non mirandum est, cur Weichbildum Magdeburgense, cuius autor incertus circa initium Seculi XIV. vixisse videtur, pene omnia ex speculo Saxonico delumserit ita ut hoc Weichbildum sit juris Saxonici quasi epitome. n)

109. Ut vero non diffidendum, in juris Saxonici tribus partibus hactenus memoratis, pro more illius seculi multitudo esse ineptias, quoties de legum & morum origine historica agitur: o) ita tamen nullum est dubium, mores ipsos ibidem recensitos continere thesaurum incomparabilem antiquitatum jurisprudentiae Germanicae illorum temporum, & clare monstrare, tum quidem nondum inquit natam eam suis legibus Romanis, parum ex jure Canonico

b) de origine juris Lubecensis *Meibom. introd. ad hist. inf. Saxon.* p. 82. & p. 84. ubi citat Sibrandi jus publ Lubecense. i) vide *Joach. Kollii Lit. hist. Recht. Buch anno 1586* & conf. cum Codice alio juris Lubecensis a magistratu eodem anno edito. Adde *Mauritium in prafatione ad Confilia Cibloniensia* l) *Conr. c. 29.* m) *Conr. c. 21 p. 197.* n) *Conr. c. 29 p. 176 seq. Gryph. c. 51. 52.* o) quos subinde notarunt *Courtingius* & *Gryphianus* hactenus citati.

nico tum fuisse receptum in causis secularibus, quod & ex aliis Imperatorum constitutionibus illorum temporum patescit. p)

II. Longe alia ratio est Glossatorum ad speculum, Saxonum, ut qui diu post compilationem speculi Saxonici & verosimiliter Seculo XV. q) vixerunt. Hi enim non solum historiæ omnis ignari, sed & ipsius juris Saxonici parum periti, tortura juris civilis & canonici ad meres Germaniæ, dum per illa hos exponere intenderunt, inepta hac mixtura omnia corruperunt. Ut adeo antiquitatum Germanicarum cupidio vel plane a glossatoribus speculi Saxonici sit abstinentium, vel certe illi cum maxima præcautione legendi sint.

III. Porro uti mores Saxonum a moribus Francorum & Suevorum parum differentes fuerunt: ita verosimiliter decimo quarto r) seculo autor incertus mores Suevicos similiiter libris duobus inclusit, in quorum primo jus provinciale tractat, in secundo jus Feudale, & ad imitationem speculi Saxonici etiam iis titulum Speculi præfixit. Quin & pleraque capita ex speculo Saxonico de verbo transcripsit, nisi quod ex legibus Romanis quædam, quamvis satis inepite, admisceat. s)

II. Cæterum non solum hoc speculum Suevicum si conferatur cum Saxonico, in multis capitibus mores Germaniæ & Saxonicos longe melius explicat, quam glos- fato-

p) *Conr. c. 31. initio.* q) *Conr. c. 30. p. 187. Conf. Gryph. c. 53.* r) Schilterus putat cum Lambecio speculum Saxonicum esse posterius Suevico *Ex. 13. tb. 9. l. a. 5. Exerc. 17. tb. 12.* item Suevicum esse perspicuus Saxon. & hoc ex illo explicandum. *Ex. 16. tb. 33. Exerc. 17. tb. 12.* Conf. *Eius præfat. ad jus Feud. Alem.* Hæc assertio uti in secundis curis fuisus examinanda erit: ita si maxime alia argumenta deficerent, sufficerent tamen ad sententiam Contingui stabiliendam ea, quæ adduximus in dictatis ad *Inst. quib. mod. rat. fin. posit. pen. 6 ad Schäffer. initio sit, de testamentis.* s) *Conr. c. 30. p. 188.*

satores inepti: sed & usus hujus speculi & autoritas magna fuit, & esse nondum desit. t) Hinc & Meichsnerus id irruenti in mores Germaniae juri Romano opponere volens, illud seculo XVI. sub titulo *Kaiserlich auch Königl. Land- und Lehn-Recht*, edidit, & cum hac editio rarer esse inciperet, u) Goldastus idem Tomo I. *Der Reichs-Sagungen* inseruit.

113. Scilicet ut ad Jus Romanum & Justinianum redeamus, de eo sic tenendum est; uti Ostrogothi Romanas leges in Italia non abrogarunt, x) ita devictis Gothis magna Justiniani per Italiam omnem fuit existimatio, itaque a præsidibus ejus publicatum per Italiam esse novum illud corpus juris, non est dubium. y)

114. Postea Longobardi in ea Italæ parte, quam occupaverunt, leges Justiniani non abrogavere. z) Quin potius Justiniane illius universi operis extat in historiâ Longobardica mentio. Multo minus ergo id factum Romæ aut in Exarchatu Ravennatensi, aut in aliis Italæ locis a Longobardica dominatione liberis. a) Quin & Johannis Papæ, qui seculo IX. vixit, extat epistola, quæ usum juris Justiniane docet. b) Ætate tamen Longobardorum Regum mansisse in usu quædam juris Romani ante Justinianum usitati, contra Cujacium Salmasius docere voluit. c)

115. Regno Longobardico ad Carolum M. translato, hic in procœmio legum suarum Longobardicarum testatur, sese in Italia utramque legem, Romanam & Longobardicam, invenisse, qui & Romani juris usum in sat multis negotiis veteri Italæ plebi, Longobardico regno subditæ, permisit, idemque fecit filius ejus Pipinus. d)

D

116. Eodem

t) *Conr. c. 31. p. 192.* u) Testatur *Goldastus T. I. Der Reichs-Sagungen f. 310*, quod nullum ejus exemplar invenire potuerit. x) *Conr. c. 20 p. 106.* y) *Id. ibid. p. 111.* z) *Id p. 116.* a) *Id. p. 106.* b) *ib. p. 111.* c) *ibid. p. 112.* d) *ibid. p. 106. seq.*

116. Eodem vero tempore & Romæ leges Romanæ viguerunt, quas cum Lotharius Imperator, Ludovici Pii filius, abrogare vellet, quo minus id fieret, intercessit Leo IV. Pontifex. Inde tamen Lotharius plebi Italicae opinionem dedit, legem aliquam sibi eligendi ex istis tribus, Romana, Longobardica, Salica, quod hactenus insolitum fuerat. e)

117. Cum igitur hæc arbitraria juris Romani electio ad Lotharium Saxonem usque manserit, f) nihil vero ex Pandectis adductum ea ætate legatur, sed interdum ex Codice, plerumque autem ex Novellis: g) patet, ante Lotharium Saxonem in Italia juris Romani, & quidem maxime Justiniane, usum aliquem arbitrarium, exiguum ubivis, frequentiorem tamen Romæ, in que aliis Exarchatus locis, quam in regno Longobardico, & Novellarum præcipuam fuisse autoritatem in nonnullis rebus ecclesiasticis. h)

118. Germaniam Transrhenanam & Galliam quod attinet, ibi leges quidem Justinianæ nunquam floruerunt, i) ac Codex Theodosianus apud Burgundiones & Francos etiam usque ad tempora Carolingorum in usu fuit, qui adeo intelligendus est, quoties in capitularibus Francicis legis Romanæ fit mentione. l)

119. Communi quidem persuasione m) traditum fuit, ac si leges Romanæ, antehac sepulta, Lotharii jussu in Scholas pariter ac fora, omnibus aliis antiquatis, reductæ sint, atque ita ex eo tempore solæ illæ leges in Italia & Germania vim & usum obtinuerint. n)

120. Sed præterquam quod ex hactenus dictis patet, ante Lotharium II. aliquem juris Justiniane usum in Italia super-

e) Ibid. p. 107. f) Ib. p. 108. g) Ib. p. 112. h) Ib. p. 114. i) Ib. p. 106. l) Ibid. p. 109. Confer. quæ de manumissione duplice ap. Francos, vel secundum legem Romanam, vel secundum Salicam diximus ad Institut. tit. de Libertinis: m) auctore incerto. Conr. c. 24. p. 149. & de Antiq. Acad. suppl. 51. n) Conr. c. 20; p. 105.

perfuisse, insuper fusius demonstravit Conringius, non tantum incertum, sed & falsum esse Justinianas leges in scholas Lotharii jussu & autoritate esse reductas, o) ac pari falsoitate illam sententiam laborare, quando assentit, abrogatis receptis omnibus legibus, solas Romanas Lotharii jussu esse reductas in foro Italicæ, p) tantum abest, ut ab hoc imperatore leges Romanæ in Germaniam traductæ fuerint. q)

121. Quamvis autem minimæ circumstantiæ, quibus jus Romanum in Scholis & foris Italæ magni fieri coepit, dari nequeant, dissentientibus ea in re historicis: ec tamen modo id circiter factum esse verosimile est. Cum Innocentius II. & Lotharius II. adversus Rogerium Siciliæ Regem pugnarent: forte Amalphi inventæ sunt juris Pandectæ, supra omnem memoriam diu ibi servatae, & Pisani, qui Cæsarem juverant, sunt donatae, unde pandectæ Pisaneæ diu sunt appellatae, donec Pisæ in Florentinorum potestatem redactæ fuerint, a quo tempore dictæ sunt Pandectæ Florentinæ, r)

122. Docebantur eo tempore Bononiis artes liberales. Cum vero jura ex præfatis pandectis descripta eo venirent, primus Pepo, qui ibi artes liberales docebat, ea interpretari coepit. Sed cum non admodum aptus ad id videretur, hoc munus Irnerio est demandatum. s)

123. Factum id esse a Lothario cum communi & hæcenus rejecta sententia dicit Guido Pancirollus. t) Alii contra Irnerium suas Mathildis Comitissæ hanc explicationem suscepisse tradunt, u) alii, quod probabilius, Irnerium

D 2

pri-

o). Id c. 21. p) Id. a. 22. q) Id. c. 24. r) Carr. c. 21. p. 128. Pan-
cir. de cl. Leg. interpr. l. 2. c. 3. p. 100. & c. 13. p. 120. s) Pancir. L
2. c. 4. p. 101. & c. 13. p. 119. t) d. c. 3. p. 100. u) Urspergenius.
Conring. c. 21. p. 117. 118. 120. 124. seq.

privata autoritate interpretationi legum initia dedisse asse-
runt. x)

124. Ostiensis aliam etiam occasionem refert: *As in-
quit, i. e. XII. uncia. As ergo quandoque ponitur pro obolo.
Propter quid verbum venit Bononiam studium civile, sicut audi-
vi a Domino meo.* y) (Azone.)

125. Non mirum adeo, quod & in anno, quo professio ju-
ris Civilis orta est Bononiae, non conveniant; Sighonio anhum
1102. nominante, z) Bononiensibus annum 1128, a) Helvico
b) annum 1150.

126. Quicquid sit, ipse Irnerius cum tanto applausu jus
exposuit, ut inde lucerna juris fuerit appellatus. e) Posuit
autem Irnerius initio operam in evolvendis codice, digesto
veteri & novo atque institutionibus, Bononiam tunc perlatis.
Inde oblatum illi infortiatum, sed primo tribus partibus muta-
tum, mox integrum. Tandem inventus liber authenticarum.
d)

127. Scholia brevia primus edidit, quæ glossas, hoc est
interpretationes vocavit. e) In eo vero non parum erravisse
visus est, quod ex duabus Graecarum Novellarum versio-
nibus aliam elegantiorem, velut adulterinam, rejecerit, & eam,
quæ minus Latina esset, & de verbo ad verbum Graecum
textum interpretata erat, seductus a Justiniano, f) receperit,
ac eam authenticam vocaverit. Unde posteri etiam errorem
hanc securi sunt. g)

128. Idem Irnerius vulgo etiam creditur, ut laborem
studiosorum sublevaret, authenticas interpretationes no-
vella-

x) ipsi Bononienses. Conr. d. c. 21. p. 127. seq. y) Conr. ibid. p. 126.

z) ap. Conr. p. 118. a) Ib. p. 126. seq. b) in Tabb. Chronol. c)

Pancir. II. 13. 120. d) Conr. p. 126. Pancir. II. 13. 121. seq. e)

Pancir. d. p. 120. f) h. 2. §. hoc autem Cod. de V. J. E. g) Pancir. ib.

vellarum, angustis verbis coarctatas, codiei apposite inseruisse. h) Sed ostendit Strauchius, Irnerii hunc laborem non suisse, sed antiquorem, quamvis Papienses, & postea Irnerius, eas forte auxerint. i)

129. Sed cum Irnerius totum Jus singulis annis solus explicare non posset, quatuor alios juris interpretes assunxit, qui cum eo Bononiae jura publice professi sunt: Martinum Gosiam, Bulgarum, Jacobum, Hugolinum vel Hugonem a Porta Ravennate. l) Ex quo patet, quam acri studio Itali statim iuri Romano incubuerint. m)

130. Nec ergo mirandum, quod idem ius Romanum mox ex scholis in foro etiam maximos progressus fecerit. Quod factum spontaneo populi studio, penes quem arbitrium erat, vel Longobardicas vel Romanas leges sectandi. Idque enata opinione, ius Romanum Longobardico & æquius & plenius & utilius esse, ad gloriam quoque pertinere, non amplius habere in majorum institutis quasi rudioribus, & multum barbaris, sed præsca Romana sectari. n) Quamvis & ad hoc populi studium paulatim & Cæsarum cura accesserit, ut mox videbimus.

131. Quanta vero in autoritate fuerint quatuor illi Irnerii & discipuli & socii, exinde patet, quod, dum Irnerius in extremis laboraret, & scholares ex illo quærerent, eujus doctrinam ipsis post mortem suam commendaret: sic respondisse fertur:

Bulgarus os aureum: Martinus copia legum:

Hugo mens legum: Jacobus est quod ego o) i.e. Juris lucerna.

D 3

132. His

h) *Pancir. p. 131.* i) *Beyer de O. 3. n. 60. seqq.* Lis tamen ingens inde orta non ita pridem Pagenstechero cum Cornelio van Bynkershoek de qua tamen nostra parum interest. l) *Pancir. d. 1. p. 122. junct.* c. 14. 15. 16. 17. m) *Conr. c. 23. p. 191.* n) *Conr. c. 23. p. 137, 138, 142.* o) *Conr. antiqu. acad. suppl. 51.*

132. His florentibus statim sub Friderico I. Imperatore, cum in Italiae campis Roncaliis jus diceret, jus Romanum, etiam Imperatore approbante, fere unice in foro observatum. Eos enim, tanquam legum Romanarum valde peritos, ut sibi jus dicendi assisterent, adhibuit. p)

133. Quamvis multiplicatio litium, usurpato hoc jure, simul ex eo appareat, quod Imperator, videns multitudinem eorum, qui crucis bajularent, (secundum mores Italorum contra rem judicio agentium,) misertus illorum, ad quatuor illos juris Professores dixerit, mirari se prudentiam Latinorum, qui, cum præcipue de scientia legum glorientur, maximi legum inventirentur transgressores, quamque sint tenaces justitiae sectatores, in tot esurientibus & sitiensibus justitiam evidenter apparere. q)

134. Ceterum Martinus, cum saepe neglectis juribus Romanis ex æquitate sibimet excogitata responderet: statim diversis sectis causam præbuit, cum eum Placentinus & Albericus a Porta Ravennate maxime secuti fuerint, propterea ab auctore Gosiani appellati. Adversarius fuit Bulgarus & hujus sectæ Azo & Accursius, r) ex quibus ipsum Azo etiam clavibus interemisse, quamvis falso dicitur. s)

135. Causa dissidii inter Martinum & Bulgarum præcipua fuit, quod Imperator Fridericus, cum ei in Italiam venienti Dertonenses & Cremonenses portas occlusissent, in campis Roncaliis quatuor præfatos Doctores juris interrogaverit, an rerum omnium Cæsar dominium haberet, quæ ejus indulgentia velut precario jure a possessoribus tenerentur? Hanc autem questionem Martinus affirmavit, ac Bulgarus nega-

p) *Conr. de O. iij. G. c. 23. p. 141.*
14. p. 124. q) *Id. d. p. 141.*
s) *Id. p. 126. & c. 25. p. 142.* r) *Pancir. II.*

gavit, t) ac tantum Imperatori imperium competere afferuit. u)

136. Itaque Martinus cum Cæsarem ambitionis coleret, magno in honore semper extitit, ac de multis ad leges Romanas pertinentibus, cum eo familiariter colloctus, etiam nonnullas opiniones, quarum autor extiterat, Imperatoris auctoritate comprobari obtinuit. x)

137. Inter alias illa celebris fuit, de qua semel adversus Bulgarum contendit, inanes contractus addito juramento jure confirmari, de quo cum uterque apud Cæsarem disputasset; ille Martini sententiam lege data recepit. y)

138. Sed nec multo minor fuit autoritas Bulgari, qui & ipse, ut Bononia se dederet Imperatori, autor fuit. Quare & a Friderico, ut vice ejus jus diceret Bononiæ, creatus est. z). Vir etiam cum proprio damnno tradita juris Romani defensens. a)

139. Erant & alia rationes ac modi, quibus Professores juris Romani se insinuarunt Imperatoribus. Ortæ jam fuerant sub Conrado III. Duce factiones, quæ Italiam diu lacerarunt, Gibellinorum, qui jura Imperatorum contra Pontificem defenderent, & Guelphorum, qui Pontifici adhærerent, dominium mundi sub titulo servi servorum prætendententi. b)

140. Etsi

t) *Pancir.* II. 14 p. 124. u) *Conr.* c. 23. p. 143. Similis lis inter J. Fr. Hornium & Wittebergenses. x) *Pancir.* d. I. p. 125. y) *Pancir* ibid. 126. Habes occasionem famosæ *Authentica sacramenta puberum* C. si advers. vendit. z) *Pancir.* II. 15. p. 127. a) Exemplum ap. *Panciroli.* p. 128. Ubi & de ejus secunda uxore, cum interpretaretur legem: *rem non novam neque insolitam aggredimur.* b) Originem nominum vide ap. *Aeneam-Sylvium hist. Frider.* I. p. 18. & 19. & ibi *Ræct. in addit.* p. 129. *Bartsolum peculiari tractatu de Guelphis & Gibellinis. Sabilt. de Lib. Eccl. German. V.* 10. 2. *Einleitung zur Deutschen Historie* p. 817. 855. Plura de illis factionibus Platina hinc inde in *vitis Pontificum.*

140. Etsi vero Martinus per factionem Gibellinorum Cremona patria expulsus esset: tamen cum ipse Cæsarem sibi faventem sentiret, agnatos Gibellinæ factionis Principes fecit, qui tamen postea, adversa parte Bononiæ prævalente, omnes patria ejecti fuere. c)

141. Scilicet cum Jacobus ex illis quatuor Professoribus memoratis Bononiæ jura doceret: Gratianus Monachus Decretum compilabat, d) quo anno 1150. absoluто, illud Eugenio III. offerendum Romam detulit. e)

142. Scripserat antea ad istum Eugenium Papam Bernhardus, ægre ferens usum legum Romanarum in Italia: *Quotidie perstrepunt in tuo palatio leges, sed Justiniani, non domini. Rectius etiam? istud tu videris.* Nam lex domini immaculata convertens animas: et autem non tam leges, quam litteres sunt, & cavillationes, subvertentes judicium. f)

143. Igitur Pontifex, haud dubie ægre ferens, quod juris Romani Professores adhærerent partibus Imperatoris, hac occasione arrepta, opus Gratiani in scholas introduxit, idque tantæ autoritatis fuit, ut qui id ita edidicisset, ut aliis prælegere posse videretur, Doctoris titulo fuerit honestatus. g)

144. Fecit hoc decretum in scholis receptum tantos progressus, ut jam tum sub Friderico I. Cæsare Doctores, Decretistas appellati, in foris Italicis causas egerint. h)

145. Ab illo tempore perpetua fuit æmulatio inter Decretistas seu Canonistas & Legistas seu juris Romani Professores, his Gibellinorum, illis Guelphorum partes tueri bus. i)

146. Vel

c) *Pancir. II. 14. p. 123 & 126.* d) *Pancir. II. 16. p. 129.* e) *Pancir. III. 2. p. 404.*
Ubi & de Cardinali Voto Palea. f) *Conr. c. 33. p. 143.* g) *Pancir. III. 3. p. 403.* *Conr. c. 26. p. 153.* h) *Conr. d. 6. i) Gryphiander de Weichbildis Saxon. c. 48. n. 7.*

146. Vel hoc igitur intuitu Fridericus I. & sequentes Imperatores studia juris civilis approbarunt & adjuverunt, quoniam ad antiquorum Cæsarum jura adspirabant; Romani vero juris Doctores jam tum, quæ in legibus illis de Cæsaribus antiquis dicuntur eorumque potestate, sui temporis Cæsaribus tribuebant. Et forte inde nata fuit Friderici constitutio de privilegiis scholarium, l) ut quæ non nihil huc facere videtur. m)

147. Habes simul originem, qua ratione jus Justinianeum ad definiendas juris publici controversias fuerit adhibitum; Legistis ulterius pergentibus, ac non solum Duces & Comites æquiparantibus Præsidibus, ac Præfectis Romanorum, sed & docentibus, nec majora Episcopis quam olim deberi, cum contra Canonistæ ex adversa parte Pontificem extollerent, decretisque Papalibus adductis, Cæsaream majestatem opprimerent. n)

148. Pertinet huc, & simul ad genium Légitistarum seu glossatorum intelligendum, disputatio Azonis, Bulgari asseclæ & successoris, cum æmulo JCto Lothario, quæ a multis cum modo memorata dissensione Martini & Bulgari misceri solet. o) Cum Henricus VI, Imperator anno 1190. Bononiæ esset, & inter Azonem Lothariumque medius per urbem equitaret, ab iisque quæsivisset, cuinam merum imperium competeteret? Tum Lotharius, Te solum Cæsar, respondit, jus gladii habere arbitror. Contra Azo etiam Præsidibus merum imperium competere afferuit. Cæsar Lothario, tanquam rectius sentienti, equum dono misit. Vnde Azo dixisse fertur: dixeram æquum, sed perdidii equum. p)

E

149. Idem

l) *Auth. Habita C. ne filius pro patre.* m) *Conr. c. 23. p. 143.* n) *Conr. in prefat. ad German. Taciti p. 16. seq.* o) *Conr. c. 23. p. 143.* p) *Pancir. II. 25. p. 142.*

149. Idem Lotharius matronas intemperantius sectatus, aliquando formosam mulierem, cuius causa ipsi & Azoni ut arbitris compromissa fuerat, ut ejus adspectu frueretur, non per nuncium, ut alii consueverant, sed ipsemet domi conventam impudenter citare volebat. Ob id magnam cum Azone, facti indignitatem ægre ferente, contentionem exercuit, dicens, arbitros per se, non per alios in jus vocandi potestatem habere, sicut & olim Tribuni plebis ipsimet jus apprehendendi, non per alium in jus vocandi autoritatem habuisse feruntur. q)

150. Sub Imperatore Friderico II. Accursius Azonis discipulus & Martini asseclarum adversarius, cum sero r) ad iuris studium pervenisset, in solitudinem secedens ex aliorum glossis novas conflavit, quæ postea ut absolutiores & ordinatores folæ in manibus studiosorum versari coeperunt, quod opus anno 1220. perfecit. s) Vbi tamen multa sibi adscriptissæ videtur, paucorum tantum nominibus quandoque recitatis. t)

151. Sub Alberto Austriaco Dynus Mugellanus Bononia docens tantæ doctrinæ fuit, ut eo dispartante, tota legalis philosophia synodus adesse crederetur. Sed vulgo Pontificia legis expers habitus fuit, quod in Commentario ad titulum de regulis juris in sexto solum Jura civilia adducat. Admotus tamen fuit a Bonifacio IX. ad sextum illum Decretalium librum cum aliis ordinandum. Quod vero non fuerit adulator Cleri, exinde patet, quod vir quidam sanctitate insignis retulerit, sibi in somnis visum fuisse Dynum ad inferos esse damnatum, quod inique respondisset, testatorem, qui se piæ cause debitorem confessus

q) *Pancir.* II. 26. p. 143. r) Secundum alios anno 40. ætatis, secundum alios anno 28. *Pancir.* II. 29 p. 147. s) *Panc. d.* I, II. 4 p. 101 seq.

fessus fuisset, ex eo dicto ad solvendum non arctandum. u)

152. Similis ingenii fuit priori coætaneus Petrus de Bela Pertica, ut qui plura contra jus per imperitiam a Pontificibus statuta credere maluit, quam ipsa Jura conciliare, & cum quis canonem citabat, solitus est respondere: transeat cum erroribus Canonistarum. x)

153. Sufficiat ista pauca de origine & progressu juris civilis in Italia dixisse, deque ingenio & moribus Profesorum juris. Plura eam in rem suppeditabit Guidonis Pancirolli Tractatus de claris legum interpretibus magna diligentia conscriptus, in cuius libro I. de JCtis Romanis, in II. de Glossatoribus juris Romani seu Legistis, in III. de Canonistis, in IV. de Europæ academiis multa non vulgaria, pleraque tamen ex ipsis glossatoribus excerpta, exhibet.

154. Ibi non solum de vitis Jurisconsultorum, sed & de modo ac methodo studendi jura ejusque origine, de modo & origine creandi doctores, de diversis doctorum officiis, de variis modis interpretandi leges, de antagonistarum origine, de origine methodi singulas leges per vulgatum: præmitto, scindo &c. exponendi; de modo contrarias leges conciliandi, de modo tractandarum quæstionum, de pronunciatione docentis, de dissentibus, de vestitu ac habitu doctorum peculiaribus capitibus agit. Quin & in vitis Jurisconsultorum multa notabilia, ad ista capita pertinentia, inspergit.

155. Ex quibus omnibus lucem capiunt multæ antiquitates Academicæ, etiam Conringio prætervisæ; in primis autem conditio jurisprudentiæ appareat, & quam gravibus

u) Id. II. 45. x) id II. 46.

nævis ea laboraverit, dum videlicet glossatores per aliquot secula pro conditione illorum temporum omnes antiquitates Romanas, & ita etiam rationes legum Romanarum ignorarunt; dum singuli quidem stupenda diligentia memoriam excoluerunt, judicium vero simul excolare nec potuerunt; dum nimio studio conciliare voluerunt, distinctionibus quibuscumque excogitatis, antinomias etiam veras; dum ex illis rationibus, & insuper ex perpetua æmulatione ac corruptissimis quorundam moribus, necessario sectæ & præjudicia autoritatis, ac simul maxima juris incertitudo ora fuit; dum his omnibus non obstantibus maxima illorum temporum ingenia in magna copia his tamen defectibus tuerunt inquinata, & eos fere in totam Europam incredibili & rei literariæ & Reipublicæ damno propagarunt.

156. Pertinent eo præter haec tenus dicta, quæ Pancirollus ipse de corrupto docendi more, y) de turpi æmulatione Baldi & Christophori Castellionei, z) de ineptis modis conciliandi antinomias, a) de decem millibus auditorum Azonis ac neglecta disciplina, b) de Bartoli & Baldi æmulatione & moribus, c) de stulte affectata omniscibilitate Philosophi Cassoli, d) de moribus Bartholomæi Socini, e) Jasonis Maini, f) Philippi Decii, g) Mariani Socini h) observavit.

157. Simul vero ex Socinorum, Maini ac Decii, vitis constat, quanta in autoritate doctores juris fuerint non solum apud proceres Italiae, sed & apud Reges exterios, & quan-

y) II. 4. p. 101. 103. z) II. 5. p. 104. a) II. 7. p. 109. b) II. 25. p. 140. c) II. 67. p. 189. & II. 70. p. 200. d) II. 70. p. 203. & II. 73. pag. 211. e) II. 126. p. 279. f) II. 127. p. 283. g) II. 138. h) II. 162.

quantis stipendiis ad profitenda jura ac multis precibus fuerint conducti.

158. Creverant interea etiam æmulationes inter Canonistas ac Legistas, & prolixis tractatibus jura imperii & defendebantur & oppugnabantur. Integra volumina pro imperio editorum tractatum collegit Geldastus i) jam sub Friderico II. Petri de Vineis pro imperio & Sinibaldi Flisci, postea Innocenti Papæ IV. pro autoritate Pontificis scripta, & fatum infelix prioris recenset Pancirollus. l)

159. Quantis ineptiis vero hic ab utraque parte pugnatum fuerit, vti ipsa scripta ostendunt, ita solebant Canonistæ textus Scripturæ sacræ, Legistæ vero leges Justinianeas misere torquere; inter alias frequenter provocabant juris civilis Doctores ad constitutionem Antonini, qua se mundi dominum vocavit, quamque, ut communiter in exemplaribus juris Justinianei corruptam, sano sensu restituere voluit Jacobus Gothofredus. m)

160. Ejusmodi ineptiæ occasionem dabant aliis. Ita Veneti exemptionem suam ab imperio Romano & libertatem demonstraturi, facile inveniebant Legistas, qui eandem constitutionem Antonini eo torquerent. Neque infrequens erat illis temporibus, ut autoritas ejusmodi doctrinarum ineptarum stabiliretur, vel invectivis in adversarios tanquam in hæreticos, vel somniis, quod dissentientes ob denegatum assensum in inferno vel purgatorio flammis torquerentur. n)

E 3

161. Cum

i) *Tribus Tomis de Monarchia Imperii.* l) III. 5. m) Peculiaris dissertatione ad l. q. ad l. Rhod. de jactu. Sed cum ea dissertatione omnino conferri meretur erudita commentatio Bykershækii ad eand. legem: & illustris Spanhemii Orbis Romanus. n) Joh. Dant. hypotyp. scilicet 1. 2. 3. 4. p. m. 156. seq. Conf. Pancir. II. 67. p. 193.

161. Cum tamen illa tempora eruditionem solidiorem non ferrent, & laici sub jugo clericali gernerent, ac Monachorum & Canonicistarum ineptiæ Legistarum nævos longe superarent: non adeo mirandum, quod barbaries illa Glosatorum extra Italiam etiam in alia Europæ regna cum magno quidem applausu, institutis ad exemplar Italicarum etiam in Gallia & Germania passim academiis, fuerit suscepta.

162. Postquam enim in Galliam & Hispaniam seculo jam XIII. leges Romanæ penetraverant: o) tandem & in Germaniam cum academiis fuere introductæ, cum antea sub Caroli IV. temporibus Bartolus JCtus, a Perusinis ad Cæsarem Pisas legatus missus esset, & hac occasione Imperatori cognitus p) ad confectionem etiam Aureæ Bullæ ab eodem adhibitus fuisset. q) Quæ etiam maxime verosimilis ratio afferri poterit, cur aurea Bulla Latino idiomate fuerit conscripta. r)

163. Sub Carolo IV. anno 1346. a Ruperto II. Palatino Heidelbergensis; tum anno 1356. Viennensis; ab ipso Carolo IV. 1360. Pragensis; tum anno 1388. Coloniensis; 1392. Erfordiensis, ortæ sunt, quas sequenti seculo 1403. Herbipolensis, 1409. Lipsiensis, 1419. Rostochiensis secutæ sunt. s)

164. In his ergo academiis, etsi non statim in omnibus, indubie Italicarum scholarum exemplo, ad quarum normam omnes nostræ constitutæ sunt, Romana jura doceri cœpta sunt. Multiplicatis autem intra breve tempus academiis, & sic passim docentium & discentium illa jura institu-

o) *Conr. de O. I. G. c. 24. p. 147.* p) *Pancir. II. 67. pag. 149.* q) *Limn. ad A. B. obs. 30. ad proœm. Conf. Thulem. de bullis c. 6. §. 15. pag. 61 seq.*
r) de quo alias disputat *Limnaeus* 16. obs. 1. Adde *Conring. c. 27. p. 165.* s) vide *Helvitiæ Tabb. Chronol.*

stitutis cœtibus, brevi tempore magna juris illius peritorum multitudo initio statim sec. XV. succrevit. t)

165. Porro cum Professores academicci de jure statim inciperent respondere, & partim ipsi, partim eorum discipuli consiliis Principum & judiciis tantum superioribus adhiberentur: non potuit non usus juris Romani simul ex scholis in foro Germaniae traduci. u)

166. Eadem est ratio juris Feudalis Longobardici, ut circa quod non longius rationes sunt querendæ, quo pacto in Germaniam transierit. x) Videndum saltem, quomodo in Academias Italicas fuerit inductum. Id vero ex Odofredo jani notavit Alvarottus, quod sub Friderici II. temporibus Hugolinus librum Feudalem novellis Justinianeis, ut decimam collationem, aptaverit. y)

167. Quemadmodum autem viri eruditæ conquesti sunt, quod introductio juris Romani in Galliam & Hungariam causa fuerit multarum calumniarum, sycophantiarum & multiplicatarum litium: z) ita postquam in Germania sub Sigismundo magna pars proventuum ecclesiasticorum ad sustentandos etiam Professores juris fuerat destinata, a) mox sub Friderico III. anno 1441, status imperii non absque justis rationibus in publicis comitiis de Legistis pariter ac Canonistis conquesti sunt, atque eorum remotionem a consiliis Principum pariter & judiciis instanter petierunt. b)

168. Etsi vero ipse Fridericus III. de juris Doctoribus minus benigne senserit, ac dixerit, juris æquitatem ab eis subverti justiamque fœdari: nihil tamen durius statutum est,

t) *Conr. c. 33. p. 203.* u) *Conr. c. 32. p. 204.* x) uti videtur facere Conringius *c. 32. p. 208.* Sc. *33. p. 221.* y) Ut memorat ipse Conring *c. 26. p. 153.* z) *Conr. c. 32. p. 202. seq.* a) *ib. p. 198.* b) Videatur ipsa reformatio Friderici III. ap. *Goldastus Conring. c. 32. p. 199. differt. nostra de hac reformatione.*

est, sed potius declarationes articulorum præfatæ reformationis ita sophistice positæ sunt, ut sub iis pristinam autoritatem non difficulter retinere potuerint. c) Vti & paucum post omnia pene consilia, omnia judicia solis illis fuere concredita. d)

169. Sub Maximiliano eadem fata continuarunt. Nam quamvis & ipse glōssatoribus parum æquus esset: e) cum tamen idem, una cum pace publica, judicium Camerale instituerit, communiter etiam dicitur, jus Romanum simul in foro Germaniæ introduxisse.

170. Etsi vero communem hanc sententiam peculiari dissertatione impugnaverit Conradus Sincerus: tamen si accusatiū momenta omnia inspicias, nullum quidem est dubium, etsi forte non statim initio, pedetentim tamen in Cameram una cum Doctoribus juris Romani, etiam legibus imperii jus Romanum introductum fuisse, non tamen ut jus ordinarium, sed saltem ut subsidiarium, deficientibus nempe moribus communibus Germaniæ, aut statutis locorum particularibus. f)

171. Neque tamen diffitendum, Legistas, cum semel obtinuerint receptionem juris Romani in Cameram, tanquam juris subsidiarii, non contentos fuisse hac tolerantia, sed etiam intendisse, ut jus Romanum tanquam jus ordinarium reciperetur, & mores Germaniæ pedetentim supprimarentur. Hinc obtinuerunt, ut in ordinatione Camerali Augustana de anno 1500. §. 18. jus representationis Collaterali-

c) d. dissert. nostr. d) Conring. d. l. p. 204. e) Ehren-Spiegel des Hauses Öesterreich in cap. de virtutibus Maximiliani. f) Conr. c. 33. & prefat. secunda ad Tacit. de M. G. p. 70. seq. Dn. Stryck. Dissert. proœm. de usu moderno Pand. Conr. Sincerus pecul. Diff. Dato. de pace publ. b. 4. c. l. n. 101. seq.

ralium in successione ab intestato approbaretur, & contra-
ria Germanorum consuetudines abrogarentur. Hinc in or-
dinatione notariorum Coloniensi 1512. c. I. observatio I-e
gum Romanarum in successione testamentaria, moribus vi-
delicet Germaniae incognita, sed tamen saltem quoad nota-
riorum functionem introducta fuit. Imo integer Proces-
sus ordinatione Camerali Ratisbonensi de A. 1507. allegatis
ubique glossatoribus ad normam processus tediumissimi non
tam legum Romanarum, quam ex jure Canonico & Romano
mixti, fuit ordinatus.

172. Sed non ubique obtinuerunt Legistæ intentionem
suam. Cum enim in juramento Assessores Cameræ debe-
rent etiam promittere, quod vellent judicare secundum con-
suetudines tam communes quam speciales: non poterant ius
repræsentationis in linea collaterali sic introducere, ut mores
Germaniae contrarii cum effectu abrogarentur. Tentarunt
equidem sub initium regiminis Caroli V. ut constitutio Maxi-
miliani renovaretur, sed contradixit tum, & solennissime pro-
testatus est Elector Saxoniz, idque iure factum fuisse fuisus de-
duximus alibi. g)

173. Cum ergo sic non possent finem obtainere: aliis
modis rem aggressi sunt. Caroli V. ordinatio criminalis,
dum plurimos articulos dubios non determinavit, & judices
ad Collegia juridica remisit, per indirectum saltem autori-
tatem juris Romani multum adjuvit, etsi per collegia juridica
non præcise intelligi debeant facultates Professorum juris,
sed Scabinatus sub isto nomine potissimum comprehendan-
tur.

174. At

g) Dissert. de stat. imper. potest. legist. contra iur. rom. §. 16.

174. Atque haec ita obtinuerunt in aula Imperatoris & judicio Camerali. In territoriis Principum & Statuum usus juris Romani tardius receptus est, in Frisiā & Hollandiā. In Saxoniam demum Seculo XVI. penetravit. Ulricus Huttenus tempore reformationis adhuc scripsit, Saxoniam moribus antiquis viventem, Bartolum, Baldum ac Justiniani Pandectas ignorare. h) Sed penetravit tandem ita, ut ubivis hodie floreat & vigeat jus Justinianum, & ubique in judiciis aliegetur, jus vero Germanicum antiquum non solum plane ignoratur, sed & communis persuasio sit orta, ac si a jure Romano plane sit deglutitum.

175. Quibus artibus Legistæ receptionem istam universalem vel quasi tandem obtinuerint, quæ remedia a juris patriæ defensoribus contra adhibita fuerint, prolixiorē & peculiarem dispectionem meretur; jam sufficiet, saltem ejus summa capita per indicem proponere.

176. Opposuerunt se incremento juris Romani potissimum Scabinatus, ut qui adsueti erant, secundum leges & mores Germanicos pronuntiare. Item Senatus urbium commercia maritima tractantium, & quæ procul remotæ essent ab Academiis. Hæ enim dum non facile Doctores juris reciperent in Senatum, diutius jura patria conservarunt. Quinimo Doctores juris non uno in loco ex Senatu aut Scabinatibus moti sunt, i) Speculum Saxonum variis editionibus typis impressum est, ne ejus oblivio facile irruere posset. Simili intentione a Meichsnero Speculum Suevicum e tenebris in lucem protractum est, quod ipse satis in præfatione declarat. Scabinatus, non obstantibus præjudiciis Facultatum juridicarum oppositis, secundum mo-

— 19 Cœr. c. 32. p. 205. i). Corring. c. 32. p. 202. etiam Lipsia sub Raufchero Consule. Vide Pfeifferi Lipsiam.

mores patrios pronuntiare continuārunt &c. Tandem nostris temporibus JCti quidam excellentissimi, sed & paucissimi, præprimis vero Johannes Schilterus jura Germaniae hactenus plane incognita in notitiam multorum revocarunt.

177. Contra progressum juris Romani promoverunt, quod Lutherus ex sua peculiari status ratione in Canonistas & jus Canonicum sæpe inventus, sæpe Jurisconsultos Romanos commendaverit; quod plerumque Electorum & Principum consiliarii essent Doctores juris, adeoque omnia Collegia juridica & Scabinatus Doctoribus juris replerentur; quod assessores Camerale 1) sæpius pronuntiarent contra jura Germanica; m) & quod iidem, editis observationibus Cameralibus, nihil fere quam jus Romanum. & Canonicum ac utriusque juris glossatores allegarent; n) quod Doctores juris in Saxonia inciperent in Speculum Saxonum commentarios scribere, in commentariis vero secundum ineptum morem glossatoris antiqui nil nisi jus peregrinum ostentare; o) quod Meichsneri Speculum Suevicum mox fuerit suppressum; quod Doctores in Saxonia, ut Heigius, Colerus, Schultzius, Hartmannus & Modestini Pistores aliique editis questionibus practicis primaria dicta allegatione juris Romani corroborarent, jus patrium sparsim & saltem obiter adducerent; quod in Commentariis ad Institutiones aut peculiaribus libellis, ut a Schneidewino & Oldendorpio factum, usus iuris Justinianei practi-

F 2

cus

1) De Assessoribus Cameralibus primorum temporum, vide peculiarem tractatum in *Gallerii Chronicō Cronicorum Politico* T. II. p. 441, seq.
 m) Illustrē exemplum habes in *Dissert. de quasi emancip. Germanorum.*
 n) Probavi id de Mynsingero & Gailio in *dissert. de jurisdictionis Germanie differentia.* Adde *Deckberri disserr. de cultu juris Cameralis*, c. 3. p. 41.
 o) Ut fecit Melchior Zobel.

cus ad minimum in charta ostenderetur ; quod Doctores juris, ut ex consultationibus constitutionum Saxoniarum videre licet, intenderent, sententias suas contra sententias Scabinorum multis rationibus defendere, atque definitiones Principum sibi faventes elicere ; quod sub Augusto Electore editis constitutionibus in multis, et si non in omnibus, approbationem obtinerent ; quod in scabinatus iterum restituerentur, ac scabinatus tandem omnes Doctoribus juris replerentur ; quod et si manserit fere perpetuum dissidium inter Scabinatus ac Facultates juridicas, tamen dissensus saltet respicere diversas opiniones explicandi jus Romanum, & jus Germanicum hodie aequa Scabinis ac juris Doctoribus ignoretur ; quod denique intra seculum a Doctoribus juris fere plerisque imperii statibus fuerit suppeditatum, ut constitutiones provinciales, ordinationes politicas, aut processum juris respicientes renovarent, ac in illis renovationibus multas positiones juris civilis Romani insererent ac clausulam adjicerent, ut in dubio non amplius secundum jus Saxonum, (nam Suevicum ne titulotenus quidem fuit cognitum,) sed secundum jus Cæsareum debeat pronunciari. &c.

178. Et tamen hoc juris Romanî progressu' evidente, ausus sum sapienter afferere, juris Justiniane & Pandectarum imprimis vix decimam vel vigesimam partem esse in usu in foris Germaniae.

179. Assertionem ipsam multis rationibus demonstrare non est hujus loci, quia in Collegio Schœpteriano rem ipsam per inductionem, qui est maxime palpabilis & sensibilis demonstrandi modus, ostendi, alia vero occasione cum ad juris Canonici explicationem perventum erat, demonstravi jus Canonicum, utpote aliquot secula ante jus Roma-

Romanum in foro Germaniaꝝ introductum, adhuc magis in usu
esse, quam jus Romanum. p)

180. Jam saltem, quod alii, dum de usu moderno juris
Romani tractant, communiter facere negligunt, distincte pro-
ponam statum controversiꝝ, ne sub specie usus juris Romani
aliquid obtrudatur, quod tamen ad eū genuinum usum nequa-
quam pertinet.

181. Ergo quæritur: *An legum Romanarum fit magnus
usus practicus in foris Germanie?* Cum vero singula ferme
dujus quæstionis verba probe considerari debeant, ut que sin-
gula contra dissentientes ac omnia confundentes justas suppedit-
tent responsiones, de singulis seorsim videndum.

182. Ac I, quidem de LEGIBVS quæritur. Sunt vero le-
ges præcepta dirigentia actiones voluntarias subditorum, non
vero actiones intellectus.

183. Hinc igitur (1) pro legibus non habendæ sunt defini-
tiones. Ergo & falso putatum fuit a plerisque, ac si JCris non
siceret recedens a definitionibus Justiniani, v. g. juris naturæ,
justitiae, jurisprudentiæ, actionis &c.

184. Neque pro legibus habenda (2) principia & axio-
mata ethica & politica, in iure Romano repetita, sed eorum ex-
plicatio, ampliatio, limitatio vel etiam vocatio in dubium cuili-
bet ex regulis communibus moralibus licita est.

185. (3) Non sunt leges, sed ad primam philosophiam
pertinent regulæ interpretationis. Igitur & harum fre-
quens & insulsa applicatio v. g. non omnium dari posse ra-
tionem, q) legem duram esse, ita tamen scriptam r) &c.

F. 3. sed

p) Vide interim Grub-Leyden Part. 2. c. 7. p. 166. Pagenstech. Bened.
p. 119. seqq. q) L. non omnium ff. de LL. r) d. 12. §. 1. qui & a

sed & insufficientia & falsitas absque violatione potestatis legislatoriaz ostendi potest: uti peculiari disputatione ostendimus, vulgarem regulam: beneficia Principis late explicanda esse, nullo fundamento niti.

186. Eadem est ratio (4) casuum specialissimorum, quibus fere totum corpus juris refertum est. Uri enim lex & casus specialis plane sunt diversa, si non opposita, & leges ad casus speciales applicari debent, applicatio autem nunquam vim legis habere potest, cum fiat aut fieri debeat ex principiis intellectus per modum conclusionis pure philosophicæ: ita nec decisiones casuum in corpore juris vim legis habere possunt, sed recte rejiciuntur, si rationes subsint, v. g. quando Julianus respondit, s) illam heredum institutionem esse invalidam: Si Titus heres erit, Caius heres esto, & si Caius heres erit, Titius heres esto. t)

187. (5) Sed nec rationes legum pro legibus habendæ. Sæpe enim apertæ falsæ sunt, ut quando Tribonianus dicit, uxorem esse dominam dotis constante matrimonio; u) & liberos incestuosos ne quidem alendos esse. x) Sæpe applicatio rationum est inepta, ut quando Caius & Vlpianus, y) dicunt, partum ancillæ ideo non esse in fructu, quia omnes fructus hominis gratia sint comparati: aut quando Tribonianus afferit, legem Æliam Sentiam ideo interdixisse promiscuas manumissiones minorenibus, quia libertas sit res inestimabilis. z)

188. Ex

quib. manum junct. l. 32. C. ad L. Jul. de adulst. l. 3. C. cod. Briffon. ad L. Jul. de Adulst. Conf. Tacit. l. 13. & 14. annal. & tit. ff. de SCto Sylaniano. s) l. 16. de cond. inf. t) Ausübung der Vernunfts- Lehre c. 3. n. 78. u) l. 30. C. de iure dot. x) Nov 83. c. ult. y) L. 28. §. 1. de usur. l. 68. pr. de usfr. §. 37. Instit. de R. D. ibique Pinn. z) §. 7. qui & quibus ex caus. manum. non poss.

188. Ex dictis vero patet, quod ex adverso, si definitiones, axiomata moralia & politica, regulæ interpretationum, decisiones casuum specialium, rationes legum in decisionibus questionum juris Germanici allegentur, vel id parum apte fiat, vel argumentum non ideo robur habeat, quia dixit Justinianus, sed quia cum ratione convenit, adeoque saltem non possint illa argumēta præbere specimen usus moderni legum Romanarum.

189. II. Questio est de legibus ROMANIS, i. e. Jure positivo Romanorum, non de præceptis juris naturæ & gentium, repetitis in corpore juris, aut de dictaminibus ex natura rei desumptis, v. g. quid emtor & venditor ex natura emtionis præstare sibi debeant? &c. Vti n. talia ubique & perpetuo ita fuerunt & sunt, ubi jus Romanum vel non est cognitum, vel quando nondum fuit: ita si in iis jus Romanum aberret, jure ab eo dissentire licet, ut quando usucatio dicitur impium præsidium: a) quando venatio, occupatio bellica, alluvio &c. dicuntur in republica esse modi acquirendi juris naturalis: b) quando Justinianus in specificatione ineptam distinctionem adhibet. c) &c.

190. III. Quæritur an legum Romanarum SIT, aliquis usus? &c. non an esse debeat? an non melius foret, si jus Romanum eset receptum, quam jus Canonicum? Quod facile essemus affirmaturi in multis articulis v. g. comparando processum Romanum in primis tempore liberæ reipublicæ, & sub primis imperatoribus, cum processu juris canonici: comparando effectum juramentorum

a) Nov. 9. b) §. 12. 17. 20, de R. D. c) §. 23, sed.

orum secundum principia juris Romani cum effectu eorum secundum principia juris Canonici. &c.

191. IV. Quæritur: an leges Romanæ sint in USU? Hoc est (*a*) an sint usū receptæ, non ut vulgo quæstionem explicant, annon sint abrogatae? Cum enim supra ostensum fuerit, jus Romanum in Germania saltem receptum esse ut ius subsidiatum: alleganti usum juris Romani probanda est receptio, non ut vulgo etiam, quod mireris, Schilterus docet, adversæ parti iniungenda probatio non receptionis vel abrogationis.

192. Deinde cum de eo, quod semel aut bis sit, non fiant leges: multo minus vero talia, quæ rarissime contingunt, usum & consuetudinem faciant: non quæritur, (*b*) an in seculo forte unum vel alterum exemplum dari possit, sed an res sit in viridi obseruantia? Exempla dedimus ad titulum Pandectarum de adoptionibus.

193. V. Quæstio est de usu PRACTICO. Ergo I, non est nostra intentio, docere, quod Jus Romanum non habeat ullum usum, aut quod non sit discendum a iuris studiosis. Unum debebat fieri, alterum non negligi. Non debebant negligi a studiosis iuris principia philosophiae moralis & prudentiæ civilis, minime vero omnium iura patria.

194. Neque II. est quæstio de usu Theoretico, v. g. si quis definitiones, principia ethica & politica, vel iuris naturæ & gentium dictamina, regulas interpretandi, decisiones casuum specialissimorum, rationes legum in iure civili adductas conferat cum principiis rectæ rationis communibus, easque rationabiles deprehendat, aut ad nego

negotium præsens easdem applicet, v. g. calamitas matris non debet nocere ei, qui in ventre est: d) expedit reipubl. ne quis re sua male utatur: e) &c. aut decisio JCti in casu, ubi testator uni legatario textores omnes, alteri vernas omnes legaverat. f) Unde impertinens est ad hæc & similia legum allegatio.

195. Similis usus saltem theoreticus est, quando Doctores argumentis topicis utuntur, & leges Romanas allegant. Huc pertinent pleraque argumenta legum, casus in terminis terminantibus, rationes a simili, v. g. a patria potestate, emancipatione, decurionibus &c. ad Germanorum potestatem parentum, modos liberandi ab eadem, magistratus &c.

196. Ergo nec tanquam usus practicus allegari potest, quod quotidie advocati in positionibus aut JCti in rationibus decidendi nihil nisi jus Romanum allegent. Nam & hic usus saltem theoreticus est.

197. Huc pertinet etiam quando aliqui Doctores expositionem libri 40. Pandectarum, ab aliis omissam, tractantes, prætendunt, quod legum ibi contentarum usus sit in explicandis aliis textibus. Nam & hic usus saltem est theoreticus.

198. VI. Quæstio loquitur de foris Germaniæ, non de uno foro, sed quid communiter in Germania usu forensi observetur? Ergo non poterunt gloriari dissentientes, quando exemplum aliquod afferunt juris Romani in uno aliquo foro aliquando observati: sed deberent probare receptionem

G

com-

d) pr. instit. de ingen.

f) l. 36, pr. de leg. I.


e) §. 2. de b. qui sui vel al. jur. sunt.

communem & frequentatam in pluribus foris, eamque continuatam; at hanc docere nequeunt, quia vix quatuor aut quinque fororum observantiam scient, & fora foris, collegia collegiis etiam in una civitate sunt contraria, imo singula collegia sententias & opiniones pronuntiandi diversis temporibus mutant, & alibi g) ostensum, observantiam judicialem, accurate loquendo, non esse speciem legis vel consuetudinis.

199. Denique VII. loquor de foris GERMANIÆ, non Galliæ, Italiæ, Hispaniæ &c. Ergo iterum errant dissentientes, quando ex Jctis Gallis, Italis, Hispanis usum iuris Romani probant, aut eorum opinione&samp; dicta in foro alle-gant, & gaudent, quando in iis casum, ut aiunt, in terminis terminantibus inveniunt.

Sed ista quidem hactenus.

g) Differt de jure consuet, & obsero.



Brevis,

Brevis Delineatio Historia Juris Canonici.

200. A primis Ecclesiæ Christianæ incunabulis, intima obtinuit Ecclesiarum inter se communio, ansam præbens decentatissimæ confœderatæ Christianorum disciplinæ, nihil aliud denotans, nisi societatem æqualem, mysticum Christi corpus pure repræsentantem, nihilque reliqui facientem, nisi ut puritas vitæ & doctrinæ sororio ac individualo nexu conjungeretur, omnibus se delictis publicis conspurcantibus tamquam putridis membris abscisis, ac procul esse jussis, vid. ill. Bælmerus a)

201. Prono hinc fluit alveo hoc temporis tractu, nullis Ecclesiam Christianam adhuc gavisam fuisse Canonibus sive legibus Ecclesiasticis stricte sic dictis, sed potius jus non scriptum & consuetudines omne punctum tulisse, conf. Maastricht b) ita, ut exinde merito inferamus, Canones Apostolicos dubiæ & incertæ admodum esse originis ac auctoritatis, ac proinde merito a Gelasio Pontifice in Concilio Romano anno 494. habito inter Apocrypha rejectos vid. Struvius c)

202. Alia vero facies Ecclesiæ Christianæ nobis sistitur seculo IV. Constantino M. fasces Imperii tenente & Christianam religionem profitente, utpote quo Ecclesia uti coepit jure scripto, sive Canonibus, ut enim particularia Concilia raseamus, duo hoc seculo œcumenica sive universalia Concilia habita fuerunt, nimirum Nicænum anno 325. & Constantinopolitanum anno 381. Canones horum Conciliorum litterarum monuimentis consignati dicuntur a Stephano

a) in Diff. jur. Eccles. antiqui ad Plinium II. & Tertullianum Diff. 3.

b) in Historia Juris Eccles. num. 19. 20. 21.

c) in Historia Juris cap. 7. §. 2. 3.

no Ephesino Episcopo in Codice Canonum Ecclesiæ Orientalis teste Maastricht d)

203. Sequenti seculo alia duo secuta sunt Concilia œcumenica, videlicet Ephesinum anno 431. & Chalcedonense anno 451. celebrata, quorum Canones relati deprehenduntur in Codice Canonum Ecclesiæ universæ, cuius novam versionem dedit Abbas Dionysius dictus Exiguus anno 527. quam ipse Imperator Justinianus probavit, illique vim legis dedit e)

204. Eodem fere tempore Fulgentius Ferrandus Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus edidit Breviationem Canonum, in qua id egit, ut Dionysium in meliorem ordinem redigat, & non ut hic Canonum consequentiam pro norma habeat, sed habita argumentorum ratione, omnem canoniam disciplinam 232. capitibus tradat, omni capiti concordantibus Canonibus & Decretis subjectis, conf, Maastricht f) Nec minus Joannes Scholasticus Antiochenus Presbyter in lucem dedit collectionem Canonum, universæ Ecclesiæ Canonos 50. titulis exhibentem. Idem designatus dein patriarcha Constantinopolitanus scriniis suis excidere passus est Nomocanonem, collationem legum imprimis Justinianearum cum Canonibus sistentem. Ad hanc periodum quoque pertinet Martinus Dumiensis Monasterii Abbas, deinde Episcopus Bracharensis collectionem Canonum in dias luminis auras mittens, ut & Cresconius Episcopus Africanus in fine seculi VII. Breviarium Canonum & Concordiam Canonum in vulgus edens, quorum prius ecclesiasticam disciplinam 300. titulis comprehendit, verbis tamen Canonum omissis &

d) Hist. Jur. Eccles. num. 38.

e) in Novella 431. cap. 1.

f) in Hist. Jur. Eccles. num. 162. seq.

& solummodo allegatis, posterior autem, eodem ordine ipsa verba adducit. Denique etiam hanc in classem referendus est Codex Ecclesiae Orientalis, publica auctoritate editus & approbatus in Concilio sexto oecumenico Trullano anno 681. atque deinde in Synodo Nicæna II. anno 787. confirmatus vid. omnino Maastricht g)

205. Carolus M. præcipuum curam Ecclesiarum occidentalium agens, varia Concilia coegit, Missos regios ut in vivam & mores Episcoporum reliquarumque personarum ecclesiasticarum & laicarum inquirerent, in provincias misit, scholas erexit, earundemque censum habuit, atque præter leges seculares multas ecclesiasticas tulit, capitularium nomine indigitatas. Idem institutum æmula tus est filius Ludovicus Pius. Horum capitularium facta est collectio anno 827. ab Ansegiso Abbe, in vivis adhuc existente Ludovico Pio, atque duobus comprehensa est libris, ecclesiasticis negotiis ad duos priores relatis, secularibus vero in duos posteriores conjectis, vid. Ill. quondam Koppius h)

206. Eodem seculo nono Isidorus Mercator sive Peccator dictus, Decretales quasdam pro stabilienda summa Pontificis auctoritate collegit, neque tamen Leo. IV. neque Nicolaus I. Pontifices eandem collectionem approbaverunt, teste Conringio i) ita, ut potius Blondellus has decretales spurias & supposititias appellare non erubuerit. (k) Nec minus anno 883. Photius Patriarcha Nomocanonem collegit, clementa omnis juris Canonici Græci complectentem. Anno 906. quoque Regino Disciplinam Ecclesiasticam in usum

G 3

præ-

g) in Hist. Jur. Eccl. n. 171-184.

h) in Historia Juris parte 2. Thes. 6.

i) de origine Juris Germanici cap. 16.

k) in Pseudo Isidoro

præcipue Germaniæ Ecclesiæ concinnavit, vide Ill. Boehmerum. (l)

207. Seculo XI. Burchardus Wormatiensis Episcopus magnum Canonum volumen consarcinavit in libros 20. divisum, vid. Ziegler (m) eodem seculo summus Pontifex Gregorius VII. antea Hildebrandus dictus Synodo anno 1076. Romæ habita excommunicato Imperatore Henrico IV. nonnulla promulgavit capitula sive Dictatus, in quibus soli Pontifici omnem ac summam potestatem legislatoriam unacum cognitione in causis Episcopalibus aliisque majoribus, ac appellationibus ad sedem Romanam admissis, vindicavit, horum Dictatum contenta refert Zieglerus. (n) Eodem quoque tempore Anselmus Episcopus Lucensis reliquit corpus Canonicarum sententiarum. Præterea hunc imitatus Deus dedit Cardinalis presbyter duo volumina edidit, quorum alterum agit de privilegiis Pontificis, alterum collectionem Canonum continet. Agmen collectionum hujus seculi claudit Ivo Carnutensis Episcopus in Gallia, qui collectionem canonum edidit in usum Ecclesiæ Gallicanæ, conf. Maastricht. (o)

208. Tandem Seculo XII. Gratianus Monachus Benedictinus novum Decretorum opus, post 24. annorum periodum in hoc labore consummatum edidit 1151. sub titulo: Concordiæ discordantium Canonum, in scholis Decretum Gratianni vocatum; Eugenio III. Pontifici oblatum, publicam tamen auctoritatem non nactum. Consistit illud ex tribus partibus, prima comprehendit 101. Distinctiones, ac quævis Distinctio propriis gaudet Canonibus, eumque in modum alle-

gatur:

l) in Jure Eccles. Prot. lib. 1. Tit. 2. §. 11.

m) de origine juris Canonicī §. 29.

n) loco citato §. 33.

o) in Hist. Jur. Eccles. Num. 263. seq.

gatur: canon I. distinctio 3. Secunda pars 36. causas complexitur, quavis causa in questiones distributa, ac quavis questione in Canones partita, allegatio fit hac ratione: causa I. quest. 2. Canon. 3. Hujus partis causa 33. questio 3. septem distincta est distinctionibus, omnisque hic tractatus vocatur de pœnitentia allegatio fit sequentem in modum: Can. I. dist. 2. de pœnitentia. Tertia pars continet 5. distinctiones, & agit de consecratione, ac allegatur: Can. 2. distinct. 2. de consecrat. Hoc Decretum certos continet Canones super quibus vox: Palea, posita deprehenditur, ex quibus nonnulli horum canonum auctoritatem infringere conantur, quibus tamen notam dixit Ill. Boehmerus. p) Continet hoc Decretum primam partem Corporis nostri Juris Canonici, ac a variis Glossatoribus, inter quos agmen dicit Joannes Semeca explicatum fuit. Anno 1582. hoc Decretum Gratiani a Gregorio XIII. emendatum fuit, illoque hodie utimur.

209. Hoc Decretum exceperunt aliae 5. collectiones, prima est Bernhardi Circæ, secunda Johannis Gallensis, tertia Petri Beneventani, quarta Anonymi, quinta Tancredi Bononiensis, omnes vero haec collectiones privata tantum gaudent auctoritate, vid. Mastricht. q)

210. Tandem sexta collectio Decretalium secuta est, iussu & auctoritate Gregorii IX. per Raymundum de Penna forti confecta & anno 1230. confirmata fuit, omnibus reliquis collectionibus quoad auctoritatem publicam in Scholis & Judiciis procul esse jussis. Constituunt haec Decretales alteram Corporis Juris Canonici partem, & allegantur per X. i. e. extra, scilicet Decretum. Consistunt haec Decretales ex 5. libris,

p) in Jure Eccles. Prob. lib. 1. Tit. 2. §. 17. seq.

q) in Historia Juris Eccles. num. 336 352.

5. libris, quorum quilibet gaudet suis titulis, tituli instru-
cti sunt capitulis & allegantur ita: c. I. X. de Elect, Inter
Glossographos eminent Bernardus Bottonus Parmensis. Quo-
niam autem ulterior Decretalium compilatio a Gregorio IX.
se inconsulto interdicta fuit, per 70. annos cessatum est ab
eiusmodi compilationibus.

211. Sub finem vero seculi 13. nimirum anno 1297.
nova prodiit collectio, sextum constituens librum Decreta-
lium, quæ natales suos debet Bonifacio VIII. similique modo
ex 5. composita est libris, quorum quilibet dividitur in
titulos, & tituli subdividuntur in capitula, citatur eum in
modum: cap. 2. de Jurejurando in Sexto. Hanc collectio-
nenem insecura est a Clemente V. coepita, a successore vero
ipsius Johanne XXII. ad umbilicum perducta & anno 1317. pub-
licata compages quinque constituens libros, certos titulos,
certaque capitula ita alleganda comprehendens; clement. II.
de sent. & re judicata; Ejusdem Pontificis Johannis XXII.
nomine circa annum 1340. publicata ac corpori Juris Cano-
nici additæ constitutiones sunt, quæ nobis nomine Extrava-
gantium Johannis XXII. veniunt, ac publica auctoritate de-
stitutæ sunt. Gaudent hæ constitutiones 14. titulis. Tan-
dem circa annum 1484. accesserunt constitutiones variorum
Pontificum extravagantium communium nomine venien-
tium, quinque absolvuntur libris, quorum quartus deest, pa-
riter habent titulos & tituli capitula, allegantur ita: cap. I.
Extravag. commun. de præbend. vid. Zieglerus r) & Mast-
richt. s)

212. Defuerunt huc usque Juri Canonico Institutiones,
quare Paulus Lancellotus Itus Lugdunensis Seculo 16. nimi-
rum

r) in Diff. de origine Juris Canonici §. 58.

s) in Hist. Jur. Eccles. n. 372-383.

rum 1563. illas publici juris fecit, neutquam tamen impe-
travit, ut auctoritatem legalem nactæ fuerint. Circa idem
tempus nimirum 1564. Antonius Cuchus ejusmodi Institutiones
legali auctoritate carentes publicavit. conf. Maastricht, t)

213. Id quidem jamdum apte egerunt privati JCti us
Institutiones suas Juris Canonici publicam auctoritatem nan-
ciserentur, neutquam vero voti sui compotes facti sunt, qua-
re eadem fata perpessa est Petri Mathæi collectio sub finem
seculi 16. edita sub nomine septimi Decretalium libri, a nem-
ine Pontificum approbata, vid. Maastricht u)

214. Annoverantur quoque Juri Canonico Bullarium,
regulæ Cancelleriarum Apostolicarum, Decisiones Rotarum Romanarum,
& concilium Tridentinum, unacum ejusdem declaratione a
sancta congregatione facta, vide L. B. de Lyndler x)

215. Quod usum & praxin Juris Canonici attinet, illius
auctoritas in terris Ecclesiarum Catholicarum maximæ adhuc hodie
est efficacissima, neque etiam eliminari penitus nec potuit nec
debuit ex foris & scholis Protestantium, utat Lutherus olim
sub auspiciis Reformationis ex intempestivo zelo in alia omnia
iverit, illudque 1520. comburendum duxerit. Quare hoc
Lutheri factum ægre tulerunt JCti Wittebergenses tunc tem-
poris docentes, mæculeque huic usus se opposuerunt Hie-
ronymus Schurfius & Henningius de Goeden & præeunte Ju-
sto Jona 1521. publicas in Jus Canonicum instituerunt lectio-
nes, frustra contradicente Lutherò vid. Ill. Boehmerus y) Ex-
emplum Wittebergensium reliquæ Protestantium Academiarum
secutæ sunt, ita, ut adhuc hodie Protestantes in scholis & fo-
ris suis Jure Canonico tamquam communis & subsidiario utan-

H tur,

t) in Hist. Jur. Eccles. num. 388.

u) in Hist. Jur. Eccles. num. 407.

x) in Analectis ad Desselium, in processu.

y) in Jure Eccles. Protest. libr. I. p. 2. §. 69.

tur, quando deficiant leges Ecclesiastice territoriales, ac Jus Canonicum non sovet sententiam Protestantium principiis contrariam. Hinc etiam fit, ut Protestantes Juris utriusque Doctores creare continuaverint, scripta Jus Canonicum illustrantia ediderint, causasque ex eo deciderint. Præsertim ex eo tempore, quo historiæ ecclesiasticae, doctrinæ moralis & Juris Naturæ studium, ad explicandum hoc jus fuerunt adhibita. Qua ratione vero genuina Juris Canonici in foris Protestantium applicatio fieri debeat, optime tradit. Illustris Bœhmerus z) & Thomasius a)

Brevis Delineatio Historie Juris Feudalis.

216. Obscura admodum quidem est Feudorum tam Longobardicorum quam aliarum Germanicæ gentium, origo, ita, ut plerique auctorum, sibimet non constantes sint, conf. de Ludwig. a) & Gundlingius b) attamen hoc extra omnem dubitationis aleam possum est, Reges, Dukes & Principes Germanorum, pro præsticis & imposterum præstandis servitiis militaribus, deficiente nervo rerum gerendarum, militibus ex provinciis occupatis agros & prædia concessisse, conf. celeb. quondam Koppius c)

217. Ut ut igitur a Clodovaijamjam temporibus, legantur vestigia Feudorum a veritate non multum aberrantia, certa tamen ac indubitate demum sub Pipino deprehenduntur hujus instituti documenta, a Thomasio nostro collecta d) quod vero nequitam evincit, reliquis Germanicæ populis feu-

da,
z) in Jure Eccles. Prot. libro I. Titulo 2. §. 79-75.

a) in cautelis circa præcognita Jurisprud. eccles. cap. 22.

b) in Juribus Feudorum Romani Imperii.

b) in Gundlingianis parte I. num. 1.

c) in Historia Juris parte 3. Thes. T. Epocha 2.

d) in Diss. de originibus Feudalibus §. 127.

da fuisse incognita, ita, ut potius admodum verisimilia in illis etiam hac de re invenire liceat, indicia, teste Illustrissimo Comite de Bünaue e)

218. Carolus M. devictis ac sub suam potestatem redactis populis Germaniae, legibus, quibus antea usi fuerant, illis ulterius, qua Feudalibus, qua aliis, uti permisit, emendatis solum ac ad statum praesentem quibusdam reductis, vid. Conring f) Hinc Longobardorum leges beneficiarias imprimis curæ cordique habuit, leges de expeditionibus bellicis variis constitutionibus auxit, novasque de causis amittendi beneficia leges tulit. g) Quod institutum etiam arrisit successoribus Pipino h) Ludovico Pio i) ac Lothario, hoc tamen albo lapillo notandum est, nullam harum legum beneficiariorum, quas Carolingi Longobardis dederunt, mentionem facere successionis in ejusmodi beneficia, claro indicio, successionem hereditariam hac tempestate adhuc fuisse incognitam, celeb. Kopp. k)

219. Quod tempora Ottonum Imperatorum attinet, nullæ deprehenduntur ab illis leges beneficiariorum Longobardis latæ, conf. Conring l) Henricus autem II, Imperator inter alia tulit constitutionem de causis amittendi feudi, Juri Feudali Longobardico insertam m) Conradus Salicus anno 1037. conventu generali in urbe Pippensi habito, novas non solum Longobardis leges tulit, sed & juri feudali Longobardico novam formam dedit, promulgata constitutione de be-

H 2

nefi-

e) in der Deutschen Kaiser- und Reichs-Historie parte I. lib. 3. p. 903.

f) de origine Jur. Germ. cap. 12.

g) l. Longob. lib. I. Tit. 14. l. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

h) l. Longob. lib. 3. tit. 4. leg. 5.

i) lex Longob. lib. 1. tit. 14. leg. 16. 17. lib. 3. tit. 13. leg. 1.

k) in Historia Juris parte 3. thes. 6. Epocha 2.

l) de origine juris Germ. cap. 19.

m) lib. 5. Feud. tit. 2.

neficiis ad filios, nepotes & respective fratres devolvendis, quæ etiam deprehenditur legi Longobardorum inserta n) Henricum III. nonnulli auctorem adsignant constitutionis de numero testium ad probandam ingratitudinem o) quæ tamen ab aliis Henrico V. vel VI tribuitur conf. Vultejus p)

